


Regula erimū p
beatissimi Bene



SEABE SANCTA PA
MONTIS JONCO

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

Regula erimij patris nostri
beatissimi Benedicti.



SEDE SANCTA PATRIS SEDE
MONASTII IN COLO



Incipit prologus regule eremi in patris beati Benedicti

- ¶ Sequitur tertus regule. De generibus monachorum.
Qualis debet esse abbas. *Ca. ii.* Enachozū. *ca. j.*
De adhibendis ad consilium fratribus. *ca. iij.*
Que sunt instrumenta bonorum operum. *ca. iiii.*
De obedientia. *ca. v.*
De taciturnitate. *ca. vi.*
De humilitate. *ca. vii.*
De officiis diuinis in noctibus. *ca. viii.*
Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis. *ca. ix.*
Qualiter estatis tpe agat nocturna laus. *ca. x.*
Qualiter dominicis diebus vigilie agantur. *ca. xi.*
Quomodo matutinozū solennitas agat. *ca. xii.*
Priuatis diebus qualiter matutinozū solennitas agatur. *ca. xiii.*
In natalicis scōzū qualiter agant vigilie. *ca. xiiii.*
Quibus temporibus dicatur Alleluia. *ca. xv.*
Qualiter diuina opera p diem agantur. *ca. xvi.*
Quanti psalmi p easdē horas canēdi sunt. *ca. xvii.*
Quo ordine psalmi dicendi sunt. *ca. xviii.*
De disciplina psallendi. *ca. xix.*
De reuerentia orationis. *ca. xx.*
De decanis monasterij. *ca. xxi.*
Quomodo dormiant monachi. *ca. xxii.*
De excommunicatione culparum. *ca. xxiii.*

Qualis debeat esse modus excoicatiois. **Ca. cxxiij**
De grauioribus culpis. **Ca. cxxv**
De his qui sine iussione abbatis iunguntur ex-
communicatis. **Ca. cxxvj** **Excommunicatos. c. cxxvij**
Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa exco-
De his q̄ sepi⁹ correcti nō emēdauerit. **c. cxxviii.**
Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de mo-
nasterio. **Ca. cxxix**
De pueris minori etate qualiter corripiāt. **c. cxxx**
De cellerario monasterii. **Ca. cxxxi.**
De ferramentis vel rebus monasterii. **Ca. cxxxij**
Si quid debeant monachi ppriū habere. **c. cxxxij**
Si oēs equalit̄ debeāt necessaria accipe. **c. cxxxiiij**
De septimanarijs coquine. **Ca. cxxxv**
De in firmis fratribus. **Ca. cxxxvj**
De senibus vel infantibus. **Ca. cxxxvij**
De hebdomodario lectore. **Ca. cxxxviii**
De mensura ciborum. **Ca. cxxxix**
De mensura potus. **Ca. xl.**
Quibus horis oporteat reficere. **Ca. xli**
Ut post completoriū nemo loquatur. **Ca. xliij**
De his qui ad opus dei vel ad mensam tarde
occurrunt. **Ca. xliij** **Cant. Ca. xliiij**
De his qui excoimunicantur quomodo satisfaci
De his qui falluntur in oratorio. **Ca. xlv**
De his q̄ in aliq̄bus leuib⁹ reb⁹ delinqūt. **c. xlvj**
De significanda hora opis dei. **Ca. xlvij**

De opere manuum cotidiano.	Ca. xlviii
De obseruatione quadragesime.	Ca. xlix
De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via sunt.	Ca. l
De fratribus qui nō longe satis pficiscunt.	Ca. li
De oratorio monasterij.	Ca. lii
De hospitibus suscipiendis.	Ca. liii
Si dbeat monach ⁹ lras v ^l eulogias accipe.	Ca. liiii
De vestiarijs vel calciarijs fratrum.	Ca. lv
De mensa abbatis.	Ca. lvj
De artificibus monasterij.	Ca. lvij
De disciplina suscipiendorum fratrum.	Ca. lviii
De filijs nobilium vel pauperum.	Ca. lix
De sacerdotibus qui voluerint in monasterio ha bitare.	Ca. lx
De monachis peregrinis.	Ca. lxj
De sacerdotibus monasterij.	Ca. lxii
De ordine congregationis.	Ca. lxiii
De ordinando abbate.	Ca. lxiiii
De preposito monasterij.	Ca. lxv
De hostiarijs monasterij.	Ca. lxvj
De fratribus in via dirigendis.	Ca. lxvii
Si fratri impossibilia iniungantur.	Ca. lxviii
Ut in monasterio non presumat alius alium de fendere.	Ca. lxix
Ut non presumat quisq ³ passimalium cedere in monasterio.	Ca. lxx

Et obediētes sint inimicem. ca. lxxj
De zelo bono quē debēt monachi habere. c. lxxij
De eo q̄ non omnis obseruatio iusticie in hac sit
regula constituta. ca. lxxij

Summa capitulorum regule. lxxij

Monachus sic exponitur per ethi-
mologiam. vt sequitur.

Per **D** Miles fort[is] in demonū ipugnatiōe
Per **O** Obediēs ⁊ hūilis sine vlla simlatiōe
Per **N** Nullū habēs pprium in absconsiōe.
Per **A** Amans deū pura cordis intentione.
Per **C** Custos sui ipius sine pcti pollutōe.
Per **V** Verax in sermonibus ⁊ locutione.
Per **S** Simplex vt columba in oī sua actōe

Anima vna in substātia: diuersis
nominibus appellatur. dum enim contemplatur
spiritus est. dum sentit sensus est. dum sapit ani-
mus est. dum intelligit mens est. dū discernit ra-
tio est. dum consentit voluntas est. dum recorda-
tur memoria est. dū membra vegetat anima est. ⁊
mō sapit mō desipit. Hec ysidorus in libro dif-
ferentiarum.

Incipit prologus regle sancti Benedicti abbatis.



Osculta o fili precepta magistri. et inclina aurem cordis tui. et admonitione patris libere excipe. et efficaciter imple: ut ad eum per obedientie laborem redeas: a quo per inobedientie desidiam recesseras. Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur: quisquis abrenunciatis propriis voluptatibus domino christo nostro regi militaturus. obedientie fortissima atque preclara arma assumis. In primis ut quicquid agendum inchoas bonum: ab eo perfici instantissima oratione deposcas: ut qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare: non debeat aliquando de malis actibus nostris contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est ut non solum ut iratus pater nos aliquando filios exheredet. sed nec ut metuendus dominus irritatus malis nostris ut nequissimos servos tradat ad perpetuam penam: qui eum sequi noluerint ad gloriam.

Divisio.

Surgamus ergo tandem aliquando excitante nos scriptura. ac dicente. Hora est iam nos de somno surgere

Et apertis oculis nostris ad deificum lumē. at
tonitis auribus audiam⁹: diuina cotidie clamās
qd nos admoneat vox dicens. Hodie si vocē ei⁹
audierit nolite obdurare corda v̄ra. ⁊ iterū. Qui
habet aures audiēdi audiat quid ip̄s dicat ec
clesiis. Et quid dicit. Venite filii audite me: timo
rem dñi docebo vos. Currite dum lumē vite ha
betis: ne tenebre mortis vos comprehēdant. Et
querens dñs in multitudine ppli sui: cui hec cla
mat oparium suū: iterum dicit. Quis est homo q̄
vult vitā ⁊ cupit videre dies bonos? Quod si tu
audiens r̄ndear ego. dicit tibi deus. Si vis ha
bere veram ⁊ p̄petuam vitā: phibe linguam tuam
a malo: ⁊ labia tua ne loquātur dolum. Diuerte a
malo ⁊ fac bonū: inquire pacē ⁊ sequere eam. Et
cuz hec feceritis. oculi mei erūt sup vos: ⁊ aures
mee ad preces vestras. Et anteq̄ me inuocetis:
dicā vobis ecce adsus. Quid dulcius nobis hac
voce dñi inuitantis. nos fratres carissimi? Eco
ce pietate sua demonstrat nobis dñs viam vite.

Diuisio.



Suscipite ergo fide. ⁊ ob
seruantia bonorum actū lumbis
nostris. p̄ducatur euāgelij p̄gam⁹
itinera eius. vt mereamur eum qui
nos vocauit i regno suo videre. In
cui⁹ regni tabernaculo si volumus habitare. nisi

illuc bonis actib' n'ris currať .minime puenitur.
Sz interrogem' cū ppheta dñm dicētes ei. Dñe
quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis rege
sect in mōte scō tuo. Post hanc interrogatiōē
fratres dñm audiam' rñdentē z ostēdentē nobis
viam ipsius tabernaculi. z dicentē. **Q**ui ingredit'
sine macula: z opatur iusticiā. **Q**ui loquitur veri
tatem in corde suo. qui non egit dolum in lingua
sua. **Q**ui nō fecit primo suo maluz. qui opprobri
um non accepit aduersus primū suū. **Q**ui mali
gnum diabolum aliqua suadentē sibi. cū ipa sua
sione sua. a cōspectibus sui cordis respiciens. de
duxit ad nihiluz. z puulos cogitatus eius tenuit
z allisit ad xp̄m. **Q**ui timētes dñm de bona obser
uatiā sua. non se reddūt elatos. sed ipa in se bona
nō a se posse sed a dño fieri existimātes. opantem
in se dñm magnificāt: illud enī ppheta dicentes.
Non nobis dñe nō nobis: sed nomini tuo da glo
riam. **S**icut nec paulus ap̄lus. de p̄dicatiōe sua
sibi aliquid imputauit dicēs. **G**ratia dei sum id
quod sum. **E**t iterum ipse dicit. **Q**ui gloriatur in
dño gloriatur. **U**nde z dominus in euangelio ait
Qui audit verba mea z facit ea similabo eum vi
ro sapienti. qui edificauit domū suā supra petras
Venerūt flumina. **A**lauerunt venti et impegerunt
in domū illā. z nō cecidit: fundata em̄ erat supra
petram. **H**ec complens dñs: expectat cotidie his

luis sanctis monitis factis nos respondere debe-
re. Ideo nobis propter emendationem malorum huius
vite dies ad inducias relaxantur dicente aplo. An
nescis quia patientia dei ad penitentiam te addu-
cit? Nam pius dominus dicit. Nolo mortem peccatoris
sed ut conuertatur et viuat.



Um ergo interrogassem?
dominum fratres de habitatore taberna-
culi huius. audiui? habitandi prece-
ptum. Sed et si compleam? habitato-
ris officium: erim? heredes regni ce-
lorum. Ergo preparanda sunt corda nostra et cor-
pora sancte preceptorum obedientie militatu-
ra. Et quod minus habet in nobis natura possibile. ro-
gem? dominum. ut gratie sue iubeat nos adiutorium mini-
strare. Et si fugientes gerere penas. ad vitam prope-
tuam volum? puenire. dum adhuc vacat. et in hoc
corpe sum?. et per hanc lucis viam vacat implere cur-
redum est et agendum modum quod impetuuum nobis expediat
Constituenda est ergo a nobis domini scola paucorum: in qua in-
stitutioe nihil asperum nihilque graue nos constituros
spem?. Sed et si quid paululum restricti? dictate equita-
tis ratione propter emendationem viciorum. et conseruationem
caritatis precesserit. non ilico pauore perterrit? refugas
viam salutis. que non est nisi angusto iniecio incipienda
Progressu vero puerfationis et fidei dilatato corde
incommarrabili dilectionis dulcedine curritur via magna

torū dei. vt ab ipius nūq̄ magisterio discedētes
in ei⁹ doctrina vsq̄ ad mortē i monasterio pseue-
rātes. passōib⁹ xp̄i. p̄ patientiā pticipemus. vt re-
gni ei⁹ mereamur esse cōsortes. *Explicit plog⁹*
Incipit textus regule. De generi-
bus monachorum. Ca. i



Monachorum quattu-
or ēe genera maifestū est. Prīmū ce-
nobarū. hoc est monasteriale: mili-
tās sub regla vel abbate. Deinde fin-
gen⁹ ē anachoritarū. i. heremitarū
horū q̄ nō couersiōis feruore nouicio. s̄z monaste-
riū p̄batōe diuturna didicerūt p̄tra diabolū mltō-
rū solacio iā docti pugnare. et bñ instructi fraterna
et acie ad singlarē pugnā hermi securi iā sine cō-
solatōe alteri⁹. sola manu v̄l brachio p̄ vicia car-
nis v̄l cogitationū: dō auxiliāte sufficiūt pugnāre
Tertiū hō monachorū teterrimū gen⁹ est sarabai-
tarū q̄ nlla regla appbati expientia magra sic au-
rū fornac̄. s̄z i plūbi natura molliti adhuc opib⁹
suātes sc̄lo fidē. mētri deo p̄ tōsurā nō scūt. Qui
bini aut terni. aut certe singlī sine pastor nō dñic̄
s̄z suis inelēsi ouilib⁹ p̄ lege eis ē d̄sideriorū volup-
tas. cū q̄cqd̄ putauerit v̄l elegerit. hoc dicūt san-
ctū: et qd̄ noluerit. hoc putāt nō licere. Quartū hō
gen⁹ est monachorū. qd̄ noiā girovagū. qui totā

vitam suam p̄ diuersas puñclas. ternis aut qua
ternis diebus. p̄ diuersorū cellas hospitant̄ sem
per vagi ⁊ nūq̄ stabiles: ⁊ pprijs voluptatibus
et gule illicebrijs seruiētes: ⁊ p̄ om̄ia deteriores
sarabaitis. De quorū oim̄ horū miserrima cōuer
satiōe: melius est silere quā loqui. **Dis ergo omis**
sis: ad cenobitarum fortissimū genus disponen
dum adiunante domino veniamus.

Qualis debet esse abbas. ij.

Abas qui p̄esse dignus ē
monasterio: semper meminisse debz
quod dicit. ⁊ nomen maioris facti
implere. **Xpi** em̄ agere vices in mo
nasterio creditur. q̄ndo ip̄tus voca
tur prenomine: dicente ap̄lo. **Acce**
pistis spiritum adoptionis filiorum: in quo cla
mamus abba pater. **Ideoz** abbas: nihil extra p̄
ceptus dñi qđ absit. debet aut docere: aut cōstitue
re vel iubere. **Sed** iussio eius vel doctrina. fermē
tum diuine iusticie. in discipulorū mētibus cosp
gatur. **Demoz** sit semp abbas: quia doctrine sue
vel discipulorū obediētie vtrarūq̄ reruz in tre
mendo iudicio dei faciēda erit discussio. **Sciatq̄**
abbas culpe pastoris iucumbere: q̄cquid in ou
bus pater familias utilitatis minus potuerit in
uenire. **Tantū** interim liber erit: vt si in quieto vel

inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligenti-
tia attributa. et morbidis earum actibus vniuersa
fuerit cura exhibita: pastor earum in iudicio domini ab-
solutus dicat cum propheta domino. **I**usticiam tuam non
abscondi in corde meo. veritatem tuam et salutare tu-
um dixi. **I**psi autem contempnentes. spreuerunt me. **E**t
tunc demum inobedientibus cure sue quibus pena sit
eis preualens ipsa mors.

Rego cum aliquis suscipit
nomen abbat: duplici debet doctri-
na suis preesse discipulis. **I**d est om-
nia bona et sancta. factis ampli-
us quam verbis ostendere. ut capacibus dis-
cipulis. mandata domini verbis pro-
ponat. Duris vero corde et simplicioribus. factis
suis diuina precepta demonstret. **O**mnia vero que
discipulis docuerit esse contraria: in suis factis iu-
dicet non agenda: ne alijs predicans. ipse reprobus
inueniatur. **N**eque illi dicat deus peccanti. **Q**uare
tu enarras iusticias meas: et assumis testamen-
tum meum per os tuum: **T**u vero odisti disciplinam. et
periclisti sermones meos post te. **E**t qui in fratris
tui oculo festucam videbas in tuo trabem non vi-
disti. **N**on ab eo persona in monasterio discernat.
Non vnus plus ametur quam alius: nisi quem in bonis
actibus aut obedientia inuenerit meliorem. **N**on
preponatur ingenuus ex seruitio conuertenti: nisi

alia rōnabilis eā existat. Quōd si ita iusticia dīctan
te abbati visus fuerit. et de cuiuslibz ordine id fa
ciat. Sin alias ppria teneāt loca. quia siue seruus
siue liber. omnes in xpō vnus sumus: et sub vno dño
equalē seruitutis miliciāz baiulam: quia non est
apud eum psonarum acceptio. Solūmō in hac
parte apud ipm discernimur. si meliores ab alijs
In opibz bonis et hūiles inueniamur. Ergo equa
lis sit ab eo omibus caritas. vna pbeatur omni
bus fm merita disciplina. In doctrina nāqz sua
Abbas aplicam debet formā illaz semp seruare:
in qua dicit. Argue. obsecra: increpa. i. miscens
temporibus tempora. terroribz blādimēta. dirū
magistri. piū patris ostendat affectū. Id est indi
sciplinatos et inquietos. debet durius arguere. Obe
dientes aut et mites. et patientes. vt in melius p
ficiant obsecrare. Negligentes aut et cōtempnen
tes. vt increpet et corripiat amonemus. Neqz dis
similet peccata delinquentiū. s3 mox vt ceperint
oziri. radicitus ea vt preualet amputet. Memoz
periculi Heli sacerdotis de sylo. Et honestiores
quidem atqz intelligibiles animos. prima vel se
cunda amonitione. verbis corripiat. Improbos
aut et duros corde ac supbos. v. inobediētes. ver
berū v. corpis castigatiōe. in ipō iūicio pcti coher
ceat. sciēs septū. Stultus v. bis nō corrigit. et iterū
pente filiū tuū virga et liberab aiām ei a morte.



Meminisse debet semp ab
bas qđ est. meminisse qđ dicit: et sci
re qđ cui pl⁹ cōmittit. plus ab eo ex
igit. Sciatqđ qđ difficilē et arduā rē
suscepit regere aīas et mltōz futre
morib⁹. Et aliū quidē blādimētis.
aliū nō increpatōib⁹. aliū suasiōib⁹. Et sūm vni⁹
cui⁹ qđ q̄litate. v^l intelligētiam. ita se om̄ib⁹ p̄for
met et aptet: vt nō solū detrimēta greg⁹ sibi p̄missi
nō paciat vey i augmētatōe boni greg⁹ gaudeat
An oīa ne dissimlans aut p̄uipendēs salutē aīa
rū sibi p̄missay: plus gerat sollicitudinē de reb⁹
trāsitorijs. et terrenis atqđ caduc⁹. s; semp cogitz
qđ aīas suscepit regēdas: de quib⁹ et rōnez reddē
turus ē. Et ne causef de mīori forte substātia: me
minerit sc̄ptū. Primū q̄rste regnū dei et iusticiay
ei⁹ et h̄ oīa adiciēf vob. Et itez. Nihil dēst t̄mē
tib⁹ eū. Sciatqđ qđ q̄ suscepit aīas regēdas p̄pa
ret se ad rōnē reddēdā. Et q̄ntū sub cura sua fra
trū se habere scierit numerū: agnoscat p̄ certo qđ i
die iudiciip̄ay oīm aīay ē dño redditur⁹ rōnē si
ne dubio. addita et sue aīe. Et ita timēs sp̄ futurā
discussionē pastoris de creditis ouib⁹: eū de alie
nis rāciocinijs cauet. reddēf de suis sollicit⁹. Et
cum de āmonitōibus suis. emēdationē alijs sub
ministrat. ipse efficitur auicijs emendatus.

De adhibendis ad consiliū fratribus

Ca. iij.



Notiēs aliqua precipua
agēda sunt in monasterio: cōuocet
abbas omnē cōgregationem: et di-
cat ipse vnde agitur. Et audiēs cō-
siliū fratris. tractet apud se. Et qđ
utilius iudicauerit faciat. Ideo au-
tem omēs ad consiliū vocari dirimus: quia sepe
iuniori dñs reuelat qđ meli⁹ est. Sic autē dent fra-
tres consiliū. cū omī humilitatis subiectiōe. vt
non p̄sumāt pecciter defendere qđ eis visum fue-
rit: sed magis in abbatis pendeat arbitrio. vt qđ
salubrius esse iudicauerit. ei cuncti obediant. Et
sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita et
ipm̄ p̄uide et iuste concedet cuncta disponere. In
omnibus igit omēs magistrā sequātur regulam.
neq; ab ea temerē declinet a quoq;. Null⁹ in mona-
sterio p̄p̄riū sequatur cordis voluntatē. neq; presu-
mat quisq; cum abbate suo proterue. intus v̄ fo-
ris manasterio cōtendere. Qđ si p̄sumpserit: regu-
lari discipline subiaceat. Ipse r̄m̄ abbas cū timo-
re dei et obseruatione regule om̄ia faciat. Sciens
se p̄culdubio de om̄ibus iudicijs suis equissimo
iudici deo rationem redditurum. Siqua vero mi-
nora agenda sunt in monasterij utilitatibus. sent

orum tñ vtatur cōsilio. sicut scriptum est. Omnia
fac cum consilio ⁊ post factum non penitebis.

¶ Que sunt instrumenta bonorum
operum. Ca. iiii



A primis dñm deuz
diligere. et toto corde. tota anima.
tota virtute. Deinde primū. tanq̄
se ipsuz. Deinde. nō occidere. nō ad
ulterare. nō facere furtū. nō cōcupi
scere nō falsum testimoniū dicere. Honorare om
nes homines. ⁊ qđ sibi quis fieri nō vult. alio ne
faciat. Abnegare semetip̄m sibi. vt sequatur xp̄m
Corpus castigare. delicias nō amplecti. Ieiunū
amare. pauperes recreare. Nudū vestire. infirmū
visitare. mortuus sepelire. in tribulatione subuent
re. Dolentem consolari. a seculi actibus se facere
alienū. Nihil amore xp̄i p̄ponere. iram nō p̄ficere
iracundie tempus nō reseruare. Dolū in corde
non tenere. pacem falsam non dare. charitatē nō
derelinquere. Nō iurare. ne forte piuret. veritates
et corde ⁊ ore p̄ferre. malum p̄ malo nō reddere.
Iniuriā non facere. sed ⁊ factā patienter sufferre
Inimicos diligere. maledicētes se nō remaledice
re. sed magis benedicere. Persecutionē p̄pter iu
sticiam sustinere. Nō esse sup̄bum. non vinolentū
non multū edacē. nō somnolentū. non pigrū. non

murmuriosum: non detractorem. Spem suam deo
committere. Bonum aliquid in se cum viderit deo
applicet non sibi. Malum vero semper a se factum
sciat. et sibi reputet. Diem iudicii timere. gehennam
expauescere. Vitam eternam omni concupi-
scentia spiritali desiderare. mortem cotidie ante
oculos suspectam habere. Actus vite sue omni
hora custodire. In omni loco deum se respicere.
pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo ad-
uenientes. mox ad christum allidere: et seniori spi-
rituali patefacere. Os suum a malo vel pravo elo-
quio custodire. multum loqui non amare. Verba
vana vel risui apta non loqui. Risum multum aut
excussum non amare. lectiones sanctas libenter
audire. Orationi frequenter incumbere: mala sua
preterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in ora-
tione deo confiteri. de ipsis malis de cetero emen-
dare. Desideria carnis non perficere: voluntatem propriam
odire. Preceptis abbatis in omnibus obedi-
re: etiam si ipse aliter quam absit agat. Memores illius
dominici precepti. Que dicunt facite. que autem faciunt
facere nolite. Non velle sanctum dici antequam sit. sed
prius esse ut verius dicatur. Precepta dei coti-
die factis adimplere: castitatem amare: nullum odi-
re: zelum et inuidiam non habere: contentiones non
amare: elationem et iactantiam fugere: seniores ve-
nerari. iuniores diligere: in christi amore pro ini-

amicis orare. Cum discordantibus ante solis oc-
cusus in pacem redire. Et de dei misericordia nū-
q̄ desperare. Ecce hec sunt instrumenta artis spi-
ritualis: que cū fuerint a nobis die noctuq̄ inces-
sabiliter adimpleta. ⁊ in die iudicii reassignata:
illa merces nobis a dño recompensabitur. quam
ipse promisit. Qd̄ oculus nō vidit. nec auris au-
diuit: nec in cor hominis ascendit. que p̄parauit de-
us his qui diligunt eū. Officina vero vbi hec om-
nia diligenter operemur: claustra sunt monasterij:
⁊ stabilitas in congregatione.

De obedientia. Cap. v

Dignus gradus humilita-
tis est obedientia sine mora. Hec
conuenit his: qui nihil sibi christo-
carius aliquid existimant. propter
seruicium sanctus qd̄ professi sunt
seu propter metū gebenne: vel glo-
riam vite eterne. Mor̄ vt aliquid imperatū a ma-
iore fuerit: ac si diuinitus imperetur: moram pati
nesciunt in faciendo. De quibus dominus dicit.
Ob auditu auris obediuit mihi. Et iterum dicit
doctorib⁹. Quis vos ar.⁹ it. me audit. Ergo vi-
tales relinquentes statim que sua sunt: ⁊ volun-
tatem propriam deserentes. Mor̄ ex occupatis

manibus. ⁊ quod agebāt imperfectus relinquentes
vicino. obedientie pede. iubētis vocē factis sequā
tur. ⁊ veluti vno momento predicta magistri ius
sio. ⁊ pfecta discipuli opa: in velocitae timorē dei
ambures coiter citius explicant de quibus ad vi
tam eternaz gradiendi amor incumbit. Ideo an
gustaz viam arripūnt. Vñ dñs ait. Angusta via
est que ducit ad vitam. Et nō suo arbitrio viuen
tes: vel desideriis suis ⁊ voluptatibus obediē
tes. sed ambulantes alieno iudicio ⁊ impio: in ce
nobijs degētes abbates sibi pesse desiderāt. Sine
dubio hii tales: illā dñi imitantē sententiā. qua dicit.
Non veni facere voluntatē meā: sed eius qui
misit me. Sed hec ipa obediētia tūc acceptabilis
erit deo: ⁊ dulcis hominib⁹: si qd iubet. nō trepide
non tarde: non tepide. aut cum murmure. vel cum
responsione nolentis efficiatur. Quia obediētia
que maioribus pbetur: deo exhibetur. Ipse em̄ dixit.
Quis vos audit: me audit. Et cum bono aīo a
discipulis preberi oportet: quia bylarem datores
diligat deus. Nam cum malo animo si obedit di
scipulus: ⁊ nō solū ore verū etiā in corde si mur
murauerit. ⁊ si impleat iussionem: tamē acceptus
iam nō erit deo: qui cor respicit murmurantis. Et
p tali facto. nullam consequitur gratiā. immo pe
nam murmurantium incurrit. si nō cum satisfacti
one emendauerit.

De taciturnitate. Cap. vi.

Faciamus quod ait ppheta. **D**ixi custodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua mea. Posui os meo custodias: obmutui ⁊ humiliatus sum. ⁊ siliui a bonis. Sic ostendit ppheta si a bonis eloquijs propter taciturnitatem debet interdum taceri. quāto magis a malis verbis propter penā peccati debet cessari. Ergo quous de bonis ⁊ sanctis edificationum eloquijs. perfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatem. rara loquēdi concedatur licentia: quia scriptum est. In multiloquio. non effugies peccatū. Et alibi. **M**ors ⁊ vita. in manibus lingue. **N**as loqui ⁊ docere magistrū condecet. Tacere ⁊ audire: discipulo conuenit. Et ideo si qua requirenda sunt a priore: cum omni humilitate ⁊ subiectione reuerentie requirantur. Scurrilitates vero vel verba ociosa. ⁊ risum mouentia: eterna clausura in omnibus locis dampnamus. ⁊ ad tale eloquiū discipulum aperire os non permittimus.

De humilitate. Cap. vii

Lamat nobis diuina scriptura fratres dicens. Omnis qui se exaltat humiliabitur. ⁊ qui se humiliat exaltabitur. Cum hec ergo di-

cit: ostendit nobis omnē exaltationē, genus esse
supbie. Qd se cauere ppheta. indicat dicens. Do
mine non est exaltatum cor meum. neq; elati sunt
oculi mei. Neq; ambulavi in magnis: neq; in mi
rabilibus sup me. Sed quid: Si nō hūliter sen
tiebas: sed exaltavi aiam meā. Sicut ablactatus
sup matrē suā: ita retribues in aiam meā. Vñ fra
tres si summe hūilitatis volum⁹ culmē attingere
z ad exaltationē illā celestē. ad quā p pntis vite
hūilitatē ascēditur. volum⁹ velociter puenire acti
bus nris ascēdētibus. scala illa erigenda est q̄ in
somno iacob apparuit: p quā ei descendentes z
ascēdētes angeli mōstrabant. Nō aliud sine du
bio descēsus ille z ascēsus a nob intelligit: nisi
exaltatōe descēdere: z hūilitate ascendere. Scala
hō ipā erecta nostra est vita in seculo: que hūili
ata corā dño erigitur ad celus. Latera em̄ eiusdē
scale: dicim⁹ nostrū corpus z aiaz. In que latera
diuersos gradus hūilitatis vel discipline. euo
catio diuina ascendendos inseruit.



Primus itaq; gradus
hūilitatis est. si timorem dei sibi
ante oculos semper ponens. obli
uiones omnino fugiat. Et semper
sit memor omnium que precepit de
us: qualiter contemntes deum in gehennam p

peccatis inelidunt: et vitam eternam que timentibus
deum preparata est: animo suo semper reuoluat. Et
custodiens se omni hora a peccatis et vicis. id est
cogitationum lingue oculorum manuum pedum
vel voluntatis proprie. Sed et desideria carnis
amputare festinet. Et timent se homo de celis ad eum
semper respici omni hora: et facta sua in omni loco
ab aspectu diuinitatis videri: et ab angelis deo omni
hora renunciari. Demonstrat nobis hoc propheta:
cum in cogitationibus nostris ita deum semper
presentem ostendit dicens. Scrutans corda
et renes deus. Et item dicit. Dominus nouit cogitationes
hominum. quoniam vane sunt. Et item
dicit. Intellexisti cogitationes meas a longe. Et
quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam
ut sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas
dicat semper utilis frater in corde suo. Tunc ero
inmaculatus coram eo: si obseruauero me ab iniquitate
mea. Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur:
cum dicit scriptura nobis. Et a voluptatibus tuis auerte.
Et iteque rogamus deum in oratione. ut fiat voluntas
illius in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere
voluntatem: cum cauemus illud quod dicit sancta scriptura.
¶ Sunt vie que putantur ab hominibus recte. quarum finis
usque ad profundum inferni demergit. Et cum item cauemus illud quod de nobis

gligentibus dictum est. Corrupti sunt et abhomi-
nabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desi-
deriis vero carnis: ita nobis deum credamus semper es-
se presentem. cum dicit propheta domino. Ante te est omne
desiderium meum. Cauendum est ergo ideo malum
desiderium: quia mors secus introitum delectationis
posita est. Unde scriptura precipit dicens. Post concu-
piscencias tuas non eas. Ergo si oculi domini speculantur
bonos et malos. et dominus de celo respicit semper super
filios hominum: ut videat si est intelligens aut requi-
rens deum. Et si ab angelis nobis deputatis. co-
tidie domino factori nostro opera nostra nuntiant. Ca-
uendum est ergo omni hora fratres sicut dicit in psal-
mo propheta. Ne nos declinantes in malum. et in-
utiles factos. aliqua hora aspiciat deus. et parce-
do nobis in hoc tempore quia pius est. et expectat nos
conuerti in melius. ne dicat nobis in futuro. Dec-
fecisti et tacui.



Secundus humilitatis gradus est. si propriam quis non
amans voluntatem: desideria sua non
delectetur implere: sed vocem illam domini
factis imitetur dicentis. Non veni
facere voluntatem meam: sed eius qui misit me. Item
dicit scriptura. Voluntas habet penam: et necessi-
tas parit coronam.

tertius humilitatis gradus est

ut quis p̄ dī amore om̄i obedientia se subdat maiori imitās dñm. de quo dicit apls factus est obediens patri vsq; ad mortem.



Quartus humilitatis

gradus est si in ipsa obedientia duris et cōtrariis reb⁹. vel etiā q̄buslibet irrogatis iniurijs: tacita cōscientia: patientiam amplectat. Et sustinens non laescat. vel discedat. dicēte scriptura. Qui p̄seuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit. Item. Cōfortetur cor tuū. et sustine dñm. Et ostēdens fidelem p̄ dño. vniuersa etiā cōtraria sustinere debere: dicit etiā ex p̄sona sufferentijs. Propter te morte afficimur tota die: estimati sumus ut oves occisionis. Et securi de speretributiōis diuine sub sequūtur gaudentes et dicentes. Sed in hīs om̄ibus supamus. propter eum qui dilexit nos. Et itē alio loco scriptura. Probasti nos inquit deus: igne nos examinasti. sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueū. posuisti tribulatiōes in dorso nostro. Et ut ostēdat sub priore debere nos esse subsequit̄ dicēs. Imposuisti homines sup capita nostra. Sed et preceptum dñi in aduersis et in iniurijs p̄ paciētiaz adimplētes qui percussi in maxillam p̄bent et aliam. Sufferenti

tunicas: dimittunt & palliū. Angarlati miliario. vadunt & duo. Luz paulo aplo falsos fratres sustinent. & psecutionem sustinet. Et maledicentes se benedicunt.



Quintus gradus humilitatis est. si omnes cogitationes malas cordi suo aduenientes. vel mala a se absconse comissa. per humilem confessionē abbati non celauerit suo. Hortatur nos de hac re scriptura q̄ dicit. Reuela dño viā tuā. & spera in eū. Et item dicit. Confitemi dño qm̄ bonus. qm̄ in seculuz misericordius. Et itē ppheta. Delictū meū cognitū tibi feci: & iniusticias meas nō opui. Dixi pronūciabo aduersum me iniusticias meas dño: & tu remisisti impietatem cordis mei.



Sextus gradus est: si omni vilitate vel extremitate cōtētus sit monachus. & ad omnia q̄ sibi iniūguntur. velud oparium malu & iudignū se iudicet: dicēs euz ppheta. Ad nichilū redactus sum. & nesciui. Et iumētum factus sum apud te: & ego semp tecum

Septimus gradus est: si om̄ibus se inferiorē & viliorē nō solū sua lingua pnunciet: sed etiā intus

mo cordis credat affectu. Humilians se et dicēs
cum ppheta. Ego autem sum vermis et nō homo
opprobrium vōm et abiectio plebis. Exaltatus
sum et humiliatus et confusus. Et item. Bonus
mihi quia humiliasti me: ut discas mandata tua.

¶ Tercius humilitatis gra

o dus est. si nihil agat monachus nisi q̄ cō
munis monasterij regula. vel maiorū co
hortantur exempla.



Nonus humilitatis gra
dus est: si linguā ad loquēdū p̄bi
beat monachus: et taciturnitatem
habens. vsq̄ ad interrogationem
non loquatur. Monstrante scriptu
ra. Quia in multiloquio. non effugietur peccatū
Et quia vir linguosus. nō dirigetur sup̄ terram.

¶ Quartus humilitatis gra

d dus est. si nō sit facilis ac p̄optus in ri
su: quia scriptū est. Stult⁹ in risu exaltat vocē suā

¶ Quintus humilitatis

v gradus est. si cum loquitur monachus
leuiter et sine risu. humiliter cum graui
tate pauca verba. et rationabilia loquatur. Et nō
sit clamorosus in voce: sicut scriptum est. Sapientis
verbis in notescit paucis.

Dodecimus humili
tatis gradus est. si nō solum corde
monachus. sed etiaz corpe humili
tem vidētibus se semp indicet. i. in
opere. in oratorio. in monasterio. in
orto. in via. in agro vel vbicumq; sedens. ambu
lans. vel stans. inclinato sit semp capite. defixis
in terram aspectibus. reum se omni hora de pecc
catis suis existimās. Jam se tremēdo iudicio del
presentari estimet: dicens semper illud quod pu
blicanus ille euangelicus. fixis in terram oculis
dixit. Dñe non sum dignus ego pctō: leuare oca
los meos ad celum. Et iterum cum ppheta. In
curuat⁹ sum ⁊ hūiliatus. vsq; quaq;. Ergo hīs
omnibus humilitatis gradibus ascensis mona
chus mor ad charitatem dei p̄ueniet. Illā que
perfectā foras mittit timorem. Per quā vniuersa
que prius nō sine formidine obseruabat. absq; vl
lo labore. velud naturaliter ex cōsuetudine incipi
et custodire. Non iam timore gehēne. sed amore
r̄pi. ⁊ cōsuetudine ip̄a iam bona. ⁊ delectatōe vir
tutis que dñs iam operariū suū mundū a vicijs
⁊ peccatis. spiritu sancto dignabit̄ demonstrare.
De officijs dñis in noctib⁹. c. viij.
Vemis tempore idest a
kalendis nouemb̄ris vsq; in pascha. ius

ta consideratio nem rationis . octaua hora noctis
surgendum est. vt modice amplius de media no-
cte pausetur: et iam digesti surgant. Quod vero
post vigilias restat: a fratribus qui psalterij vel le-
ctionum aliquid indigent meditatio inseruat. A pa-
scha autem usque ad supra dictas kalendas nouem-
bris sic temperetur hora vigiliarum agenda. vt p-
uissimo intervallo quo fratres ad necessaria natu-
re creant custodito: mox matutini qui incipiente
luce agendi sunt subsequantur.

¶ Quanti psalmi dicendi sunt noctur-
nis horis

Ca. ix



venis tempore pre-

missio: in primis versus dicat. Deus in ad-
iutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Hic secundo dicendum. Domine

labia mea aperies ter. Et os meum annuntiabit lau-
dem tuam. Cui subiungendus est tertius psalmus. et gloria
Post hunc psalmus nonagesimus quartus cum an-
tiphona. aut certe decantandus. Inde sequatur am-
brosianum. Deinde sex psalmi cum antiphonis. Qui-
bus dictis dicto versu benedicat abbas. et seden-
tibus omnibus in scamnis legatur vicissim a fra-
tribus. in codice super analogium tres lectiones in-
ter quas tria responsoria canantur. Post tertiam vo-
lectionem qui cantat dicat gloriam. Quam dum incipit

tantor dicere: mox omnes de sedilibus suis sur-
gāt. ob honorem ⁊ reuerētiā scē trinitatis. Lo-
dices autē legantur in vigilijs. tam veteris testa-
mēti q̄ noui diuine auctoritatis. Sed ⁊ expositi-
ones earū que a noiātissimis orthodoxis. atq; ca-
tholicis patribus facte sunt. Post has v̄o tres
lectiones cum responsorijs suis. sequātur reliqui-
ser psalmi eius alleluia canendi. Post hos: lectio
apostoli sequatur ex corde recitanda. ⁊ versus ⁊
supplicatio letanie. id est lzyrieleyson. ⁊ sic finian-
tur vigille nocturne.

**Qualiter estatis tempore agatur
nocturna laus.** La. r



Pasca autē vsq; ad
kalendas nouembrijs omnis vt su-
pra dictū est psalmodie cātitas te-
neatur: excepto q̄ lectiones in codi-
ce propter breuitatem nocturni mi-
nime legantur. Sed pro ip̄is tribus lectionibus
vna de veteri testamēto memoriter dicatur. Quā
breue respōsoriū subsequatur. Et reliqua omnia
vt dictum est impleantur. id est vt nūq; minus a
duodecim psalmorum quātitate. ad vigilijs no-
cturnas dicantur exceptis tertio. ⁊ nonagesimo
quarto psalmo.

Qualiter dominicis diebus vigi-
lie agantur.

Ca. xi



Dominico die tempe-
rius surgatur ad vigili-
as. In quibus
vigilijs teneatur mensura, id est mo-
dulatis vt supra disposuimus sex
psalmis et versu. Residentibus cum
ctis disposite et per ordinem in subsellijs. legantur
in codice vt supra diximus quattuor lectio-
nes. cum responsorijs suis. Ubi tantum in quar-
to responsorio. dicatur a cantante gloria. Quam-
dum incipit: mox omnes cum reuerentia surgant
Post quas lectiones: sequantur ex ordine alij sex
psalmi cum antiphonis. sicut anteriores et versus
Post quas iterum legantur alie quattuor lectio-
nes. cum responsorijs suis ordine quo supra. Post
quas iterum legantur tria cantica de prophetis: que
instituerit abbas. Que cantica cum alleluia psal-
lant. Dicto etiam versu. et benedicente abbate lega-
tur alie quattuor lectiones de nouo testamento: or-
dine quo supra. Post quartum autem responsorium.
Incipiat abbas. hymnum Te deus laudamus. Quo
dicto legat abbas lectionem de euangelio. Cum
honore et tremore stantibus omnibus. Quae per
lecta: respondeant omnes amen. Et subsequatur.
mox abbas hymnus. te decet laus. et data benedi-

ctione: incipiant matutinos. Qui ordo vigiliarum
omni tempore. tam estatis quam hyemis equaliter in
die dominico teneatur: nisi forte quod absit tardius sur
gant. et aliquid de lectionibus breuiandus est aut
responsorius. Quod tamen omnino caueatur ne pue
niat. Quod si contigerit: digne inde satisfaciat
deo in oratorio. per cuius euenerit neglectum.

**Qualiter matutinorum agatur so
lennitas.** Cap. xij

In matutinis domi
nico die. in primis dicatur seragesi
mussertus psalmus sine antipho
na indirectum. Post quem dicatur
quingagesimus. cum alleluia. Post
quem dicatur centesimus septimus decimus. et seragesi
mus scds. Inde benedictiones et laudes. Le
ctio de apocalypsi vna ex corde. et responsum
ambrosianum. et versus. canticum de euangelio. Le
tania et completum est.

**Qualiter priuatis diebus matuti
ni agantur.** Ca. xij

In diebus aut priuatis ma
tutinorum solennitas ita agatur. id est ser
agesimussertus psalmus dicatur sine an
tiphona subtrahendo modice sicut dominica. ut omnes

occurrāt ad quinquagesimū. qui cum antiphona dicatur. Post quē alij duo psalmi dicantur scdm cōsuetudinē. Tercia feria. quinta. quintus et xxxv. Tertia feria: quadragesim⁹ secundus. et quinquagesimus sextus. Quarta feria. sexagesimus tertius. et sexagesimus quartus. Quinta feria octogesima septimus. et octogesima nonus. Sexta feria septuagesimus quintus. et nonagesim⁹ primus. Sabbato autē: centesimus quadragesimus secundus. et canticū deuteronomij: quod diuidatur in duas glorias. Nam ceteris diebus canticū unūquodque die suo ex prophetis. sic psallit ecclesia romana. dicat. Post h̄ sequantur laudes. Deinde lectio vna ap̄li memoriter recitanda: Responsorium: hymnū ambrosianū: versus. canticū de euāgelio: letania: et completū est. Mane agenda matutina vel vespertina nō transeat aliquando. nisi in ultimo p̄ ordinē Oratio dñica omnibus audientib⁹ dicat a priore p̄pter scandaloz. spinas que oriri solent. Et conuenti p̄ ipsius orationis sponsonē qua dicūt. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero agendis: ultima ps eius orationis dicat. vt ab omnibus respondeat. Sed libera nos a malo.

Qualiter in sanctorum natalicijs vigilie agantur.

Cap. xiiii

¶ In sanctorū festiuitatib⁹

¶ vel omnibus solennitatibus sicut diximus dñico die agendum ita agatur. excepto q̄ psalmi: aut antiphone. vñ lectiōes ad ip̄m diē ptinētes dicant. mod⁹ aut supra sc̄pt⁹ teneat.

¶ Quib⁹ t̄p̄rib⁹ alleluia dicat. **L. xv**



¶ Sancto pascha vsq̄

ad penthecostē. sine intermissiōe dicat alleluia: tā in psalmis q̄ in responsorijs. A penthecoste aut vsq̄ ad capud quadragesime. omnibus noctibus cū ser posteriorib⁹ psalmis. tā tū ad nocturnos dicat. Om̄i h̄o dñica extra q̄dragesimā: cantica matutini. p̄ma. t̄tia. sexta. nonaq̄ cū alleluia dicat. Vesp̄a h̄o: cū antiphōa. Responsoria h̄o nūq̄ dicant cū alleluia nisi a pascha vsq̄ ad penthecostē.

¶ Qualit̄ dīna opa p̄ diē agant. **C. xvi**

¶ ait p̄pha septies

ī die laudē dixi tibi. Qui septenari⁹ sacrat⁹ numerus a nob̄ sic implebit̄ si matutini. p̄me. terciē. sextē. none vesp̄e. p̄pletorūq̄ t̄p̄e n̄re fuitu] officia psoluam⁹. qz d̄ h̄is diurnis hor] diē p̄pha Septies in die laudē dixi tibi. Nā de nocturnis vigilijs idē ip̄e p̄pha ait. Media nocte surgebā

ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referam laudes
creatori nostro super iudicia iusticie sue. Id est matu-
tinis. prima. tertia. sexta. nona. vespa. completorio:
et nocte surgamus ad confitendum ei.

¶ Quanti psalmi dicendi sunt per easdem horas. c. xvij



¶ De nocturnis et

matutinis digessimus ordinem psal-
mo die: nunc de sequentibus horis vide-
amus. Prima hora dicantur psalmi
tres singillatim: et non sub una gloria.

Hymnus eiusdem hore post usum. deus in adiutorium
meum intende: antequam psalmi incipiant. Post expleti-
onem trium psalmorum. recitetur lectio una. usus. et ky-
rie. et misse sunt. Tertia hora. sexta et nona. eodem
ordine celebretur omnino. id est usus. Hymni earum-
dem horarum. tunc psalmi. lectio et usus. kyrie. et misse
sunt. Si maior congregatio fuerit. cum antiphonis.
Si vero minor: indirectum psallant. Vespertina autem sin-
gularis: quatuor psalmis cum antiphonis terminetur
Post quos psalmos. lectio recitanda est. In respon-
sorium ambrosianum hymnum. usus: canticum de euangelio
letania: et oratio dominica: et misse fiat. Completorium autem
trium psalmorum dictioe terminetur. Qui psalmi directi
sunt sine antiphona dicendi sunt. Post quos hymnus eius-
dem hore: lectio una: usus: kyrie. benedictio. et misse fiat.

¶ Quo ordine psalmi dicendi sunt. xvij



In primis semp diurnis horis. dicat versus. De^o in adiutorium meum intende. et gloria. Inde hymnus vni^{us} cuiusq^{ue} hore. Deinde prima hora dnica: dicenda sunt quatuor capitula psalmi centesimi octau^o decimi. Reliquis ho^{is} horis. id est tertia sexta. et nona. terna capitula supra scripti psalmi centesimi octau^o decimi dicant^{ur}. Ad p^{ri}ma aut^{em} secunde ferie. dicantur tres psalmi: id est p^{ri}m^{us} et sec^{undus} et sext^{us}. Et ita p^{er} singulos dies ad p^{ri}ma vsq^{ue} ad dnica dicant^{ur} p^{er} ordinem t^{er}ti psalmi. vsq^{ue} ad nonu^odecimu^m psalmu^m. Ita sane vt nonus ps^{almus} et septimusdecim^{us}. diuidant^{ur} in binas glorias. Et sic fiat. vt ad vigilias dnica semper a vicesimo incipiatur. Ad tertia ho^{is} sextam et nona sede ferie: noue capitula que residua sunt de centesimo octauodecimo po. ipa terna p^{er} easde^m horas dicant^{ur}. Expensio igit^{ur} psalmo centesimo octauodecimo duobus diebus. id est dnica et secunda feria: tertia feria. iam ad tertiam sextam. vel nona psallant^{ur} terni psalmi. a centesimo nonodecimo. vsq^{ue} ad centesimu^m vicesimu^m septimu^m: psalmi nouem. Quicq^{ue} psalmi. semp vsq^{ue} ad dnica p^{er} easdem horas itidē repetant^{ur}. Hymnoru^m nihilomin^{us}. lectioⁿu^m vel versu^m dispositione vni^{us}formi cunctis dieb^{us} seruata. ita scilicet vt semper dnica a centesimo

octauodecimo incipiatur. Vespera autē quotidie
quatuor psalmodum modulatione canatur. Qui
psalmi incipiant a centesimo nono. vsq; ad cente
simū quadragesimū septimū: exceptis his qui in
diuersis horis et cis sequestratur. id est a centesi
mo septimodecimo. vsq; ad centesimū septimum
vicesimum. Et centesimo tricesimo tertio. ⁊ centesi
mo quadragesimo secūdo. Reliqui omnes: in ve
spera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres
psalmi. ideo diuidendi sunt. qui in numero supra
scripto forciores inueniunt. id est centesim⁹ trice
simus octauus. ⁊ centesim⁹ quadragesim⁹ tertius
⁊ centesimus quadragesimus quartus. centesim⁹
vero sextusdecimus quia pius est. cū centesimo
quidodecimo coniungatur. Digesto ergo ordine psal
modū vesperinorū. reliqua id est lectiones: respon
soria. hymni. versus vel cantica: sicut supra taxa
uimus impleantur. Ad completorium vero idem
psalmi repetantur quotide. id est quartus. nonage
simus. centesim⁹ tricesimus tertius. Disposito or
dine psalmodie diurne. reliqui omnes psalmi qui
super sunt. equaliter diuidantur in septem noctiū
vigilijs. parciendo scilicet qui inter eos plures
sunt psalmi. Et duodecim per vnā quāq; constitu
antur noctem. Hoc precipue cōmonentes: vt si cui
forte hec distributio psalmodū displicuerit. ordi
net si melius aliter iudicauerit. Dum oimodis id

attēdat. vt om̄i hebdomada. psalteriū ex integro
numero cētum quinquaginta psalmozū psallat. ⁊
dñico die semp a capite repetat ad vigiliat. Quia
nimis iners deuotiōis sue fructū ostēdunt mo-
nachī. q̄ min⁹ a psalterio cū canticis psuetudina-
rijs. p̄ septimane circulū psallūt. Dum legamus
sc̄tōs p̄sēs n̄ros. vno die hoc strenue impleuisse:
qd̄ nos tepidi vtinā septimana integra p̄oluam⁹
¶ De disciplina psallendi. Cap. xix



Vicq̄ credimus diui-
nā esse p̄ntiam. ⁊ oculos dñi in om̄i
loco spectari bonos ⁊ malos. mar-
tine tñ hoc sine aliqua dubitatione
credam⁹. cū ad opus diuinū asisti-
mus. Ideo semp memores sim⁹. qd̄ ait p̄pheta.
Seruite dño in timore. Et iterū. Psallite sapien-
ter. Et in cōspectu angeloz psallā tibi. Ergo cō-
siderem⁹. qualiter nos oporteat in cōspectu diuini
tatis ⁊ angeloz eius esse: ⁊ sic stemus ad psallē-
dum: vt mens nostra cōcordet voci nostre.

¶ De reuerentia orationis. Cap. xx

Icuz hom̄ib⁹ potētib⁹
volum⁹ aliq̄ suggerere. nō p̄sumim⁹ nisi
cū hūilitate. ⁊ reuerētia: quātō maḡ dño
do vniuersozū cū oī hūilitate ⁊ puritatē deuotōe

supplicādū est: Et nō in mltiloquio: s; in puritate cordis ⁊ p̄pūctōe lachrimarū nos eraudiri scīam⁹. Et idō breuis debet esse ⁊ pura orō. nisi forte ex affectu inspiratiōis diuine gratie ptendat. In cōuentu tamē omnio breuietur oratio. ⁊ sc̄to signo a priore. omnes pariter surgant.

¶ De decanis monastrii

Cap. xxi



S maior fuerit cōgregatio. eligant de ipsis: fratres boni testionij. ⁊ sc̄e p̄uersatiōis. ⁊ p̄stituant decani. Qui sollicitudinē gerant sup decanias suas ī om̄id⁹ s̄m mā data dī. ⁊ p̄cepta abbat̄ sui. Qui decani t̄les eligantur: in q̄bus secur⁹ abbas p̄ciat onera sua. Et nō eligant p̄ ordines. s; s̄m vite meritū ⁊ sp̄ie doctrinā. Q̄ si q̄sq̄ ex eis aliq̄ forte inflat⁹ supbia repletus fuerit reph̄sibil̄. corrept⁹ semel ⁊ iterū atq; tertio. si emēdare noluerit. deiciat⁹: ⁊ al̄ in loco ei⁹ q̄ dign⁹ sit subroget. Et de p̄posito eadē p̄stituim⁹

¶ Quomodo dormiant monachi.

Ca. xxii

Ingli p̄ singla lecta dormiant.

lectisternia p̄ mō p̄uersatiōis. s̄m dīsp̄ositionē abbat̄ sui accipiāt. Si p̄t fieri oēs in vno loco dormiāt. si at̄ mltitudo nō sinit deni aut viceni cū seiorib⁹ q̄ sup eos solliciti sit pauset. Cā dela ī eadē cella fugit ardeat vsq; m̄e. vestiti dor

c iij

iniant: ⁊ cincti cingulis aut funibus: ⁊ cutellos
ad latus non habeant dū dormiunt. ne forte per
somnia vulnerētur dormientes. Et vt parati sint
monachi semp: ⁊ scō signo absq; mora surgētes
festinēt se inuicem puenire ad opus dei. cū omni
tamen grauitate ⁊ modestia. Adolescentiores fra-
tres iuxta se nō habeant. lecta: sed p̄mixti cū seni-
oribus. Surgētes nō ad op⁹ dei: inuicē se mode-
rate cohortētur. ppter somnolentorū excusatiōes
¶ De excoīcatiōe culparū. Cap. xxiiij

Siquis frater contu-
mar: inobediēs aut superbus. aut
murmurās. vel in aliquo contrari⁹
existens sancte regule. ⁊ p̄ceptis se-
niorū suorū p̄emptor reptus fue-
rit. hic p̄m dñi uostri p̄ceptum amoneatur semel
⁊ scdo secreto a senioribus suis. Si nō emēdaue-
rit: ob iurgetur publice coram om̄ibus. Si nō ne-
q; sic correxerit: si intelligit qualis pena sit excoī-
catio: excoīcacioni subiaceat. Sin aut improbus
est. vindicte corporali subdatur.

¶ Qualis debz esse modus excomu-
nicationis. Cap. xxiiij

¶ Secundum modum cul-
pe: excoīcacionis. vel discipline. debet ee

tendi mensura. Qui culparum modus: in abbat
pendeat iudicō. Si quis tñ frater in leuiozib² cul
pis inuenitur. a mense pteipatōe priuetur. Pri
uati aut a mēse cōsorcio. ista erit ratio. Et in ora
torio psalmū aut antiphonā nō imponat neq³ le
ctionē recitet. vsq³ ad satisfactionē. Refectiones
aut cibi. post fratrum refectionē. solus accipiat. Et
si verbi gratia fratres reficiūt sexta h² ora. ille fra
ter nona. Si fratres nona: ille vespera. vsq³ dum
satisfactione congrua veniam consequatur.

¶ De grauioribus culpis. Cap. xxv

S autem frater qui
grauioris culpe nota tenetur. su
spendatur a mēsa simul ⁊ ab orato
rio Nullus ei fratrum in vllō iungat
cōsorcio. neq³ in colloquio. Solus
sit ad opus sibi iniunctum. psistens in penitentie
luctu Sciens illam terribilē apli sentētiam dicen
tis. Traditum h² mōi hominē sathane. in interitu
carnis. vt spūs saluus sit in die dñi. Libi autē re
fectionē solus pcepiat. mēsurā vel hora qua pre
uiderit ei abbas cōpetere. Nec a quoq³ bñdicat
transeunte: nec cibus qui ei datur.

**¶ De his qui in iussione abbatis
iungūt se excommunicatis. Cap. xxvj**

¶ Quis frater p̄sumpse

frit sine iussione abbatis. fratri excomuni-
cato quolibz modo se iungere aut loqui
cum eo. vel mandatum ei dirigere: similem forci
atur excommunicationis v̄ndictam.

¶ Qualiter sollicitus sit abbas circa
excomunicatos. **Cap. xxvij**



Omnī sollicitudine cu-
raz gerat abbas circa delinquētes
fratres. quia nō est opus sanis me-
dicus. sed male habētibus. Et ido
vti debet om̄ino vt sapiens medis-
cus. imitere quasi occultos consolotores senpes-
ctas. id est seniores sapiētes fratres qui quasi se-
crete consolentur fratrem fluctuantem. ⁊ puocēt
eum ad hūilitatis satisfactiōē. ⁊ cōsolētur eum
ne abundantiori tristitia absorbeat. Sed sicut
ait idēz ap̄lus. cōfirmetur in eo caritas. ⁊ oretur
p̄ eo ab om̄ibus. Magnope em̄ debet sollicitudi-
nē gerere abbas: ⁊ om̄i sagacitate ⁊ industria cu-
rare. ne aliq̄ de ouibus sibi credit̄ p̄dat. Nouerit
ei se infirmaz curā suscepisse aīaz: nō sup sanas
tyrānidē: ⁊ metuat p̄phete com̄nationē p̄ quē dic̄
de⁹. Qd̄ crassum videbat̄ assumebat̄: ⁊ qd̄ debile
erat piciebat̄: Et pastor̄ boni p̄ium imitet̄ exem-

plū: qui relictis nonagintanouē ouibus in mōti-
bus: abiit vnā ouē que errauerat q̄rere. Cuius in-
firmitati in tantū cōpassus est: vt eā in sacris hu-
meri suis dignaret̄ īponer̄. ⁊ sic īportat̄ ad gregē
**¶ De his qui sepius correpti nō emē-
dauerint.** Cap. xxviii

¶ Quis frater frequēte

f correptus p̄ qualibet culpa. si etiā excoi-
catus nō emendauerit: acrior ei accedat
correptō: id ē vt vberū v̄dicta in eū p̄cedat. Qd̄
si nec ita correxerit. aut forte qd̄ absit in superbiā
elatus etiā defendere voluerit opera sua. tunc ab-
bas faciat vt sapiēs medic⁹. Si exhibuit fomen-
ta: si vnguēta adhortationū: si medicamīa dīnax
scripturarū: si ad vltimū v̄stionē excoīcatōis vel
plagas virgarū. etiā si viderit nihil suaz p̄ualere
industriā: adhibeat etiā q̄ mai⁹ est suā ⁊ oīm fra-
trū p̄ eo oīonē. vt dñs qui oīa p̄t opet̄ salutē cir-
ca infirmū fratrem. Qd̄ si nec isto mō sanat⁹ fuerit:
tūc s̄ā abbas vtat̄ ferro abscisōis. vt ait ap̄lus.
Auferte malū ex vob̄. Et itez. Infidel̄ si discedit
discedat. ne vna ouis morbida totū gregē ptami-
**¶ Si debeant iterum recipi fratres excoī-
cates de monasterio.** Capitu. xxix

¶ Rat̄ qui pp̄rio vicio egre

f ditur de monasterio. aut picitur: si reuertit̄

voluerit. spondeat prius omnem emendationem
vicij p quo egressus est. ⁊ sic in vltimo gradu res
cipiatur: vt ex hoc eius hūilitas cōprobetur. Qd
si denuo exierit. vsq; tertio ita recipiat. Jā nō po
stea: sciat omnē sibi reuersiōis aditum denegari.

**¶ De pueris minori etate qualiter
corripiantur. Cap. xxx.**



Omnis etas vel intel
lectus pprias debet habere mēsu
ras. Jdōq; quotiēs pueri vlt adole
scētiōres etate. aut qui minus in
telligere possunt quāta pena sit ex
communicationis. hī tales duz delinquent. aut ieiū
nijs multis affligantur: aut acris verberibus co
herceantur vt sanentur.

**¶ De cellerario monasterij qua lis
sit. Capitulū. xxxi**



Cellerarius monaste
rii eligatur de congregatione. sapi
ens. maturus moribus. Sobrius
nō multum edat. Non elatus non
turbulentus. Non iniuriosus: nō tardus: nō p die
gus. sed timēs deū. Qui omī cōgregatōi sit sicut
pater. Curā gerat de omībus. Sine iussioe abba
tis. nichil faciat. Que iubentē custodiat. Fratres

nō cōtristet. Si quis autē frater: ab eo forte aliqd
irrationabiliter postulat. nō spernēdo eū cōtristet
sed rationabiliter cuz humilitate male petenti de
neget. Aliam suā custodiat. Memoz semper illud
aplicum quia qui bene ministraverit. gradum bo
nū sibi acquirat. Infirmorum. infantuz hospitiū
pauperūq; cū omni sollicitudine curaz gerat. Sci
ens sine dubio: quia p his omib; in die iudicij ra
tionē redditurus est. Omnia vasa monasterij cun
ctamq; substātiā quasi altaris vasa sacrata cō
spiciat. Nihil ducat neglegendum. neq; auaricie
studeat: neq; prodigus sit aut stirpator substātie
monasterij: sed omnia mēsurate faciat: ⁊ fm iussio
nem abbatis. Hūilitatez ante omnia habeat. Et
cui substātia nō est que tribuatur: fmo responsio
nis porrigatur bonus. Sicut scriptum est. Ser
mo bonus sup datum optimum. Omnia que ei in
iunxerit abbas: ipse habeat sub cura sua. A quib;
eum phibuerit: nō presumat. Fratribus cōstitutā
annonā sine aliquo typo vel mora offerat. vt non
scādalizentur. Memoz diuini eloquiū qd increat.
qui scādalizauerit vnū de pusillis istj. Si maior
fuerit congregatio. solatia ei dent a qbus adiutus
equo animo impleat officium sibi cōmissum. Ho
ris competentibus dentur que danda sunt: ⁊ pe
tantur que petenda sunt: vt nemo perturbetur ne
q; contristetur in domo dei.

De ferramentis vel rebus monas-
terij. Capitulum .xxxij

Substantia monaste-
rij. in ferramentis vel vestibus seu
quibuslibz rebus. pvideat abbas
fratres. de quoru vita ⁊ moribz se-
curus sit. ⁊ eis singla vt utile indi-
cauerit. ⁊ signet custodienda atq; re-

colligenda. Ex qb; abbs breue teneat. vt du sibi
in ipa assignata fratres vicissim succedunt sciat
qd dat aut qd recipit. Siq; s at sordide aut negli-
genter res monasterij tractauerit: corripatur. Si
no emedauerit discipline regulari subiaceat.

Si debeant monachi proprium
aliquid habere. Cap. xxxij

Necipue h viciuz pe-
ccare radicit; aputet de moasterio.
ne qs psumat aliqd dari aut recipere
sine iussioe abbat; nec aliqd hēre p-
priū: nullā oīno rez. neq; codicē: ne-
q; tablas. neq; graphiū. s; nihil oīno: q;ppe qb;
nec corpora sua. nec volūtates licz in ppta habent
ptate. Dīa nō necessaria a pfe monasterij spare.
Nec qcq; liceat hēre. qd abbas nō dederit. aut p-
miserit. Dīaq; omib; sint coīa. vt scriptū est. Nec

quisq̄ suū aliqd esse dicat. vel p̄sumat. Qd̄ si q̄sq̄
huic nequissimo vicio dephensus fuerit delectari
ammoneatur semel ⁊ iterum. Si nō emendauerit
correctioni subiaceat.

Si omnes equaliter debeāt neces
saria accipere. Cap. xxxiiii

Sicut scriptū est diuide

Sicut scriptū est diuide
bat singlis. p̄ ut cuiq̄ opus erat. Ubi nō
dicim⁹ ut p̄sonaz q̄ absit acceptio sit. sed
infirmitatū p̄sideratio. Ubi q̄ min⁹ indiget. agat
dō gr̄as ⁊ nō tristēt. Qui v̄o pl⁹ indiget. hūiliet
p̄ infirmitate. non extollat p̄ m̄ia. ⁊ ita oīa mēb̄a
erūt in p̄ce. An̄ om̄ia ne murmuratiōis malū. p̄
q̄licunq̄ causa in aliquo qualicunq̄ verbo vel si
gnificatiōe appareat. Quod si dephensus fuerit
quis: districtiori disciplīne subdatur.

De septimanarijs coquine. c xxxv

Patres sic sibi inuicē
fuiāt: ut null⁹ excuset a coq̄ne offi
cio: nisi aut egritudine: aut in causa
gravis utilitat̄ q̄s occupat⁹ fuerit:
q̄ exinde maior merces acq̄rit. In
becillib⁹ at̄ p̄curent̄ solacia ut nō cū tristitia hoc
faciāt: s̄ hēant oēs solatia p̄m modū p̄gregatio
nis aut positionē loci. Si maior congregatio fu

erit cellararius creusetur a coquina, vel si qui ut
diximus maioribus utilitatibus occupatur. Ces
teri vero sub caritate sibi inuicem seruiant. Egressus
de septimana: sabbato mundicias faciat. Linteami
na cum quibus fratres sibi manus aut pedes ter
gant, lauet. Pedes vero tunc ipse qui egreditur, quam
ille qui intraturus est, omnibus lauent. Vasa mo
nasterii sui munda et sana cellarario reassignet.
Qui cellararius, iterum intranti assignet, ut sciat
quid dat aut quid recipit. Septimanarii autem, an
te unam horam refectionis, accipiant super statutam
annonam: singulos liberos et panem, ut hora re
fectionis sine murmuratiōe et graui labore serui
ant fratribus. In diebus autem solennibus usque ad
missas sustineant. Intrantes et egressus ebdoma
darii, mox in oratorio matutinis finitū dñica om
nium genibus prostrantur, postulantes pro se ora
ri. Egredientes autem de septimana: dicant hunc
versum. Benedictus es dñe deus: qui adiunxisti
me et consolatus es me. Quo dicto tertio, accipiat
at benedictionem egrediens: Subsequatur ingredi
ens et dicat. Deus in adiutorium meum intende
Dñe ad adiuvandum me festina. Et hic idem ter
tio repetatur ab omnibus. Et accepta benedictio
ne ingrediatur.

¶ De infirmis fratribus. Ca. xxxvi



Infirmorum cura ante

omnia et super omnia adhibenda est. ut
sicut reuera christo: ita eis seruiatur.
Quia ipse dixit: Infirmus fui: et vi-
sitastis me. Et quod fecistis vni de his
minimis mihi fecistis. Sed et ipsi infirmi confide-
rent in honore dei sibi serui: et non superfluitate sua
contristent fratres suos seruiantes sibi. Qui tamen pa-
cienter portandi sunt: quia de talibus copiosior
merces acquiritur. Ergo cura maxima sit abbati-
ne aliquam negligentiam paciatur. Quibus fratribus
infirmis sit cella super se deputata: et seruitor timens
deum et diligens ac sollicitus. Balnearum usus infir-
mis quotiens expedit offeratur. Sanis autem et maxi-
me iuuenibus: tardius concedatur. Sed carni-
um usus: infirmis omnino debilibusque preparatio-
ne concedatur. At ubi meliorati fuerint a carnibus more
solito omnes abstineant. Cura autem maxima sit ab-
batine a cellerariis aut seruitoribus negligant in-
firmis: quia ad ipsum respicit. quicquid a discipu-
lis delinquitur.

Infirmorum cura ante senibus vel infantibus. c. xxxvij

Iacet ipsa natura humana

na trahatur ad misericordiam in huius eta-
tibus senum videlicet et infantum: tamen
et regule auctoritas eis prospiciat. *Consi*

deretur semper in eis inbecillitas: et nullatenus
eis districtio regule teneatur in alimentis: sed sit in
eis pia consideratio. et preueniant horas cano-
nicas.

De hebdomada
rio lectore. xxxviii



Mensis fratrum edentis
um lectio desse non debet. nec fortui-
tu casu qui arripuerit codicem lege-
re audeat ibi. sed lecturus tota heb-
domada: dominica ingrediatur: Qui in-
grediens post missas et comunione: petat ab omni-
bus pro se orari. ut auertat ab ipso deus spiritum ela-
tionis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab
omnibus: ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies
et os meum annuntiabit laudem tuam. Et sic accepta be-
nedictione ingrediatur ad legendum. Summumque
silentium fiat ad mensam: ut nullius musitatio vel
vox nisi solius legentis ibi audiatur. Que homo ne-
cessaria sunt comedentibus et bibentibus sic sibi inui-
cem ministrent fratres: ut nullus indigeat petere
aliquid. Si quid tamen opus fuerit: sonitu cuiuscunque
signi potius petatur quam voce. Nec presumat ibi
aliquis de ipsa lectione. aut aliunde quicquam refer-
re: ne detur occasio: nisi forte prior pro edificatione
ne voluerit aliquid breuiter dicere. Stater autem

hebdomadarius accipiat mixtum prout incipiat
at legere propter communionem sanctam: et ne forte
graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum
coquine hebdomadarius et seruatoribus reficiat
Fratres autem non per ordinem legant: aut can-
tent: sed qui edificent audientes.

De mensura ciborum.
Cap. xxxix



Sufficere credimus ad

refectionem quotidianam tam sexte quam none omnibus mensibus cocta duo pulmentaria: propter diuersorum infirmitates. Ut forte qui ex uno non potuerit edere: ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiant. Et si fuerint inde poma aut nascentia leguminum addatur et tertium. Panis libra una pro pensa sufficiat in die: siue una sit refectio: siue prandii et cene. Quod si cenaturi sunt: de eadem libra tertia pars a cellerario reseruetur reddenda cenaturis. Quod si labor forte factus fuerit maior: in arbitrio et potestate abbatis erit: si expediat aliquid augere. Remota pro omnibus crapula: ut nunquam subrepat monacho indigeries. Quod nihil sic est contrarium omni christiano

quomō crapula. Sicut ait dñs noster. Videte ne
grauētur corda vestra ī crapula ⁊ ebrietate. Qu
eris No minori etate. nō eadem fuetur quantitas
sed minor quā maioribus. fuata in om̄ibus par
cite. Carnium No quadrupedū oīno ab om̄ib⁹
abstineat comestio: p̄ter oīno debiles ⁊ egrotos.
De mensura potus. Cap. xl



Vnusquisq; proprius do
nū habet ex deo: Alius sic: alius ve
ro sic. Et ideo cū aliqua scrupulosi
tate a nobis mensura victus alio
rum cōstituitur. Tamē infirmorum
cōtuentes inbecillitatē: credimus em̄nā vini per
singulos sufficere per diē. Quibus aut donat de
us tollerantiam abstinentie: ppriaz se habituros
mercedem sciāt. Qu si aut loci necessitas. v̄l labor
aut ardor estatis amplius poposcerit. in arbitrio
prioris cōsistat. Cōsiderās in om̄ibus: ne subre
pat facietas vel ebrietas. Licet legam⁹ vinū om
nino monachoz nō esse. Sed quia nostris tēpori
bus id monachis psuaderi nō potest: saltem vel
hoc consentiamus. vt nō vsq; ad facietatez biba
mus. sed partius: quia vinū apostatare facit eti
am sapientes. Vbi autē necessitas loci exposcit.
vt nec supra scripta mēsura inueniri possit. s; m̄
tomius: aut ex toto nihil: benedicant deū qui ibi

habitant. ⁊ non murmurent. Hoc ante omnia ammonentes: vt absq; murmuratione sint fratres.

¶ Quibus horis optet reficere. c. xli



Sacropascha vsq; ad penthecosten: ad settas reficiant fratres. ⁊ ad serā cenent. A penthecoste aut tota estate si loboꝝ agrozum nō habent monachi: aut nimietas estatis non pturbat eos. quarta ⁊ sexta feria ieiunent vsq; ad nonā. Reliquis diebus ad sextā prandent. Que prandij sexta. si opa in agris habuerit aut estatis feruor nimius fuerit. continuāda erit ⁊ in abbatis sit puldētia. Et sic omnia temperet atq; disponat: qualiter anime saluetur. ⁊ qd faciunt fratres. absq; murmuratiōe faciāt. Ab idib; aut septembris vsq; ad caput quadragesime: ad nonā semp reficiāt. In quadragesima vsq; ad pascha: ad vesperam reficiāt. Ipsa tñ vespera sic agatur. vt lumine lucerne nō indigeāt reficiētes: sed luce adhuc diei omnia cōsumētur. Sed ⁊ oī tēpore siue prādij siue cene: refectionis hora sic tēperetur: vt cum luce fiant omnia.

¶ Ut post ppletoriū nēo loquat. lxxli

¶ Anni tēpresilentiū debet

- o studere monachi: maxime tam nocturnis horis. Et ideo omni tpe siue ieiunij siue

si tps. fuerit prandii. mox vt surrexerint a cena. se
deant oēs in vno loco: et legat vn⁹ collatiōes vel
vitas patrū. aut certe aliud quod ediscet audiēs
tes. Non autem eptaticum aut regum: quia infir
mis intellectib⁹. non erit vtile illa hora hanc scri
pturas audire. Aliis vero horis legantur. Si au
tem ieiunii dies fuerit: dicta vespera paruo inter
uallo. mox accedant ad lectionem collationū vt
dirimus: et lectis quattuor: aut quinque folijs. vel
quantum hora permittit. omnibus in vnū occur
rentibus. per hanc moram lectionis. si quis forte
in assignato sibi comisso fuerit occupatus. occur
rat. Omnes ergo in vnum congregati compleant
et exeuntes a completorio: nulla sit licētia denuo
cuiq̄ loqui aliquid. Nisi inuentus fuerit quis
quā hāc preuaricari taciturnitatis regulā: graui
ori vindicte subiaceat. Excepto si necessitas ho
spitum superuenerit: aut forte abbas alicui aliqd
iusserit. Quod tamen et ipsum cum summa gra
uitate. et moderatione honestissime fiat.

¶ De hijs qui ad opus dei vel ad mē
sam tarde occurrunt. Cap. xliij

¶ De hora diuini officij

¶ mox vt auditum fuerit signum relictis

oibus. quolibz fuerit in manibz sūma cū festina
tione currat. Quz gravitate tñ. vt nō scurrilitas in
ueniat fomitem. ¶ Ergo nihil operi dei prepona
tur. ¶ Qui si quis ad nocturnas vigilias. post glori
am psalmi nonagesimi quarti. Quem ppter hoc
oīno protrahendo ⁊ morose volum' dici non oc
currerit. nō stet in ordine suo in choro. Sed vlti
mus omnium stet: aut in loco quem talibus ne
gligentibus seorsum constituerit abbas. vt vide
atur ab ipso. vel ab omnibus: vsqz dum comple
to opere dei. publica satisfactione peniteat. Ideo
autem eos in vltimo aut seorsum iudicamus de
bere stare. vt visi ab omnibus. vel pro ipa verecū
dia sua emendentur. Nam si foris oratorium re
maneat erit forte talis qui se aut recollocet ⁊ doz
mīat: aut certe sedeat foris vel fabulis vacet: ne
detur occasio maligno. sed ingredatur intus: vt
nec totum perdat: ⁊ de reliquo emendetur. ¶ Di
urnis autem horis. qui ad opus dei post versus
⁊ gloriam primi psalmi. qui post versum dicitur
non occurrerit: lege qua superius diximus in vl
timo stet loco. ¶ Nec presumat sociari choro
psallentium vsqz ad satisfactionem: nisi forte ab
bas licentiam dederit permissione sua. ¶ Ita

tamē vt satisficiat reus ex hoc. Ad mensam autē
qui ante versum nō occurrerit: vt simul omnes di-
cāt versum ⁊ orēt: ⁊ sub vno omnes accedant ad
mensam. Qui p negligētiaz suā aut p viciuz. aut
ex tarditate nō occurrerit. vsq; ad scđam vicē p
pter hoc corripatur. Si denuo nō emendauerit.
non permitatur ad mense comunis participatio-
nem. Sed sequestratus a cōsortio oīm resiciat so-
lus. sublata ei portiōe suā vini: vsq; ad satisfi-
onē ⁊ emēdationem. Similtter autē paciatur: qui
ad illū versuz nō fuerit presens. qui post cibū dē
Et ne quis presumat añ statutā horā: aut postea
quicquā cibi aut potus psumere. Sz si cui offerat
aliquid a priore ⁊ accipere renuerit: hora qua de-
siderauerit. hoc qđ prius recusauit. aut aliud oī-
no nō accipiat. vsq; ad emēdationez congruam.
**De his qui excommunicantur quomodo
modo satisficiant. Cap. xliiij**



Ui pro grauioribus
culpīs ab oratorio ⁊ a mensa exco-
municat: hora qua opus dei in ora-
torio celebratur: ante fores oratorij
prostratus iaceat nihil dicens: nisi
tantum posito in terra capite. pro-
nus omnium exeuuluz de oratorio pedibus. Et
hoc tam diu faciat. vsq; dum abbas iudicauerit

fatissimum esse. Qui dum iussus ab abbate ve-
nerit: prouoluat se ante pedes ipsius abbatis: de-
inde oim vestigijs fratru. vt orēt p eo. Et tūc si
iusserit abbas: recipiatur in choro. vel ordie quo
abbas decreuerit. Ita plane. vt psalmū. aut lecti-
onem. vel aliud quid. nō presumat in oratorio im-
ponere: nisi iterū abbas iubeat. Et oimibz horz
dum completur opus dei. piciat se in terra in lo-
co quo stat: et sic satisficiat: vsqz dum ei iterz iube-
at abbas. vt quiescat tā ab hac satisficiōe. Qui
xō pro culpis leuibus excoicantur tantū a mēsa
in oratorio satisficiāt. vsqz ad iussiones abbatis.
Et tam diu hoc pficiāt: vsqz dum benedicat. et di-
cat sufficit.

¶ De his qui fallūt in oratorio .xlv



S quis dū pñuntiat
psalmum. aut respōsoriū. aut ānāz
vl lectionē fallit. nisi p satisficiō-
nē corā oimibz sibi hūiliatus fue-
rit. maiori vīdicte subiaceat. Qui p
pe qui noluit hūilitate corrigere. qd negligentia
deliquit. Infantes vero: pro tali culpa vapulent

**¶ De his qui in aliqbus leuibus rez
bus delinquant. Cap. .xlvj**

¶ Quis dū in labore quo

uis: in coquina: in cellario: in ministerio

in pristino in orto in arte aliqua bus laborat. vñ
in quocunq; loco aliquid deliquerit. aut fregerit
quippiam. aut pdiderit. vel aliquid excesserit vbi
vbi: et non veniens continuo ante abbatem vel cō
gregationē ipse vltro satisfecerit. et prodiderit deli
ctum suum: dum per alium cognitum fuerit ma
iori emēdationi subiaceat. Si anime vero pecca
ti causa fuerit latens: tantū abbati aut spiritali
bus senioribus patefaciat: qui sciant curare sua
vulnera: et aliena nō detegere aut publicare.

¶ De significanda hora operis dei.

Cap. xlvij



Nantianda hora ope
ris dei. die noctuq; sit cura abbati
aut ipse nūtiare: aut tali sollicito fra
tri inungat hanc curam: vt omnia
horis competētib; compleantur. psalmos au
tem vel antiphonas. post abbatē ordine suo quī
bus iussum fuerit imponant. Cantare autē aut le
gere nō presumat: nisi qui potest ipsius officiū im
plere. vt edificētur audientes. Quō cū humilitate
et gravitate ac tremore fiat. et cui iusserit abbas.

¶ De ope manū quotidiano. xlvijij

Liositas inimica est ani

o me. Et ideo certis temporibus occupa

ri debent monachi in labore manuum: certis iterum
horis in lectione diuina. Ideoque hac dispositioe
credimus utraq; tempora ordinari: id est ut a pascha
usq; ad kalendas octobris: a mane exeuntes a pri-
ma. usq; ad horam pene quartam. laborent qd ne-
cessarium fuerit. Ab hora autem quarta. usq; ad
horam quasi sextam: lectioni vacent. Post sextam
autem surgentes a mensa: pausent in lectis suis
cum omni silentio. Aut forte qui voluerit legere.
sibi sic legat. ut alium non inquietet. Et agatur
nona temperius. mediante octaua hora. Et ite-
rum quod faciendum est. operentur usq; ad ve-
speram. Si necessitas loci aut paupertas exegerit.
ut ad fruges colligendas per se occupentur:
non contristentur: quia tunc vere monachi sunt.
si labore manuum suarum viuunt: sicut et pa-
tres nostri et apostoli. Omnia tamen mensurate fi-
ant propter pusillanimes.

Kalendis autem



octobris usq; ad caput quadra-
gesime usq; ad horam secundam
plenam lectioni vacent. Hora se-
cunda. agatur tertia. Et usq; ad horam
nonam omnes in opus suum laborent.
quod eis iniungitur. Facto autem primo signo ho-

re none dissiungant se ab opere suo singuli: ⁊ sint parati dum scdm signū pulsauerit. Post refectio- nem aut. vacent lectionibus suis aut psalmis.



In quadragesima ve- ro diebus. a mane vsq; ad tertiam plenaz lectionibus suis vacent: ⁊ vsq; ad decimā plenaz. operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus quadragesime. accipiant omnes singulos codices de biblioteca: quos p̄ or- dinem ex integro legant. Qui codices: in capud quadragesime dandi sunt. Ante omnia sane depu- tentur vnus aut duo seniores qui circueant mo- nasterium horis quibus vacant fratres lectioni: ⁊ videant ne forte inueniatur frater accidiosus qui vacet oculo aut fabulis. ⁊ nō est intentus lecti- onī: ⁊ nō solum sibi inutilis est: sed etiam alios di- stollit. Hic talis si qđ absit repletus fuerit: corripi- atur semel ⁊ scđo. Si nō emēdauerit: correctioni regulari subiaceat. taliter vt ceteri metum habeāt. Necq; frater ad fratrem fungatur horis incōpeten- tibus: Dñico die lectiōi vacent omnes. exceptis his qui varijs officijs deputati sunt. Si quis ve- ro ita negligens ⁊ desidiosus fuerit. vt non velit aut nō possit meditari aut legere. iniūgatur ei op⁹ quod faciat. vt nō vacet. Fratribus infirmis vel delicatis. tale opus aut ars iniūgatur. vt nec ocl

osi sint. nec violentia laboris opprimatur. vt effu-
getur. Quorum inbecillitas ab abbe consideranda est.
¶ De obseruatione quadragesime. xlix



Licet omni tempore
vita monachi. quadragesime obser-
uationem debet habere. tamen quia
paucorum est ista virtus: ideo sua-
demus istis diebus quadragesime
omni puritate vitam suam custodire: omnes pari-
ter negligentias aliorum temporum his diebus
scitis diluere. Quod tunc digne fit: si ab omnibus vi-
cijs nos temperem. Orationi cum fletibus: lecti-
oni et compunctioni cordis: atque abstinentie ope-
ra demus. Ergo his diebus augeamur nobis ali-
quid ad solitum pensum futuris nostre. orationes
peculiares: ciborum et potus abstinentiam. et vnus-
quisque supra mensuram sibi indictam. aliquid propria
voluntate cum gaudio sancti spiritus offerat deo.
Id est subtrahat corpori suo. de cibo. de potu. de
sompno. de locacitate: de scurrilitate et cum spiri-
tualis desiderii gaudio. sanctus pascha expectet
Hoc ipsius tamen quod vnusquisque offert. abbati
suo suggerat: et cum eius fiat oratione et voluntate:
quia quod sine voluntate patris spiritualis sit.
presumptioni deputabitur et vane glorie. non mercedi
Ergo cum voluntate abbatis. omnia agenda sunt.

De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via sunt. Cap. l

Fratres qui omnino longe sunt in labore, aut in via et non possunt occurrere hora competenti ad oratorium: et abbas hoc propter quod ita est: agant ibidem opus dei ubi operantur, cum tremore diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt non eos pretereant hora constituta, sed ut possunt agant sibi: et futuris pensum non negligant reddere.

De fratribus qui non longe satis proficiuntur. Cap. li

Fratres qui pro quouis responso proficiuntur, et ea die sperant reuertentur ad monasterium, non presumant foris manducare, etiam si omnino a quouis rogentur, nisi forte ab abbate suo eis precipiat. Qui si aliter fecerint: excommunicentur.

De oratorio monasterij. Cap. lii

Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur. Expleto opere dei, omnes cum

summo silentio creāt. Et agatur reuerētia deo: vt frater qui forte sibi peculiariter vult orare. nō impediatur alteri? improbitate. Sed ⁊ si alter vult forte sibi secretius orare: simpliciter intret. ⁊ oret Non in clamosa voce. sed in lacrimis ⁊ intentiōe cordis. Ergo qui simile op? nō facit: nō pmittat expleto opere dei remozari in oratorio sicut dictum est: ne alij impedimentum pactantur.

¶ De hospitibus suscipiēdis. Ca. liij



Manes superuenientes hospites. tanq̄ xp̄s suscipiant quia ipse dicturus est. Hospes fui: ⁊ suscepistis me. Et omib? cōgru? honoz exhibeat: maxime tñ domesticis fidei. ⁊ pegrinis. Et ergo nūciatus fuerit hospes: occurrat ei a priore vel a fratribus cum om̄i officio caritatis. Et primitus orēt pariter. ⁊ sic sibi socientur in pace. Qd̄ pacis osculum nō prius offerat. nisi oratiōe p̄missa: ppter illusiōes diabolicas. In ip̄a aut̄ salutatiōe: omnis exhibeatur humilitas. Om̄ibus veniētibus siue discedētibus hospitib? inclinato capite. vel p̄strato oī corpe in terra. xp̄s in eis adoret: qui ⁊ suscipitur Suscepti autem hospites ducantur ad orationē **¶** Et postea sedeat cum eis prior. aut cui iusserit ip̄e. ⁊ legatur corā hospite lex dīna vt edificeet.

et post hec. om̄is ei exhibeatur humanitas. Ieiunium a priore fr̄agatur p̄pter hospites. nisi forte p̄cipuus sit dies ieiunii. q̄ non possit violari. Fratres autem cōsuetudines ieiuniorum p̄sequantur. Aquā in manibus. abbas hospitibus det. **M**edes vero hospitibus om̄ibus. tam abbas. quam cuncta congregatio lauet. Quibus lotis: dicant hunc versum. Suscepimus deus misericordiā tuā in medio templi tui. **M**auperum ⁊ peregrinorum maxime susceptioni om̄is cura sollicite eribeatur quia in ip̄is xp̄s magis suscipitur. Naz diuitum terror: ip̄e sibi erigit honorem. Coquina abbatis ⁊ hospitem p̄ se sit: vt in certis horis supuenientes hospites: qui nunq̄ desunt manasterio. nō inquietent fratres. In quas coquinas. ad annus ingrediatur duo fratres: qui ipsum officiū bene impleāt. Quibus vt indigent solacia āministrantur eis: vt absq̄ murmuratiōe s̄uiāt. **E**t iterū quando occupationē minorem habent: creant vbi eis imperatur in opera. **E**t non solum in ip̄is: sed in omnibus officiis monasterii. ista sit cōsideratio: vt quando indigent solacia. āministrētur eis. **E**t iterum quādo vacāt. obediāt imperāti. **I**tē ⁊ cellam hospitem habeat assignatam frater. cui⁹ animam timor dei possideat. vbi sint lecti strati sufficienter. ⁊ domus dei a sapientibus sapienter āministratur. Hospitibus autē cui non precipitur. nul

latenus societur: neq; colloquatur. Sed si obuia
uerit aut viderit. salutatis humiliter vt dictus est
z petita benedictione ptranseat: dicens non lice
re sibi colloqui cum hospite.

Si debeat monachus litteras vel
eulogias accipere. **Cap. liiij**

Nullatenus liceat mo
nacho neq; a parētibus suis. neq;
a quoq; hominuz. nec sibi inuicem
litteras aut eulogias. vel quelibet
munuscula accipere aut dare: sine
pcepto abbatis sui. Qd si etiā a parētibus suis
ei quicq; directū fuerit: non presumat suscipere il
lud: nisi prius indicatum fuerit abbati. Qd si ius
serit suscipi in abbatis sit potestate. cui iubeat il
lud dari. Et nō cōtristetur frater cui forte directū
fuerat. vt nō detur occasio diabolo. Qui autē ali
ter presumpserit: disciplinē regulari subiaceat.

De vestiarijs ve calciarijs. **Cap. lv**

Vestimēta fratribus
fm locozū qualitatem vbi habitāt
vel aerum temperiez dētur. quia in
frigidis regionib; ampli; indiget
in calidis ho minus. Hec ergo cō
sideratio. penes abbatem est. Nos tamen medio

tribus locis sufficere credimus monachis p̄ sin-
gulos cucullam ⁊ tunicā. Cucullā in h̄veme vil-
losam. In estate. puram aut vetustam. Et scapu-
lare: p̄pter opera. Indumēta pedū: pedules ⁊ ca-
ligas. De quarū rerum oīm colore. aut grossitudi-
ne nō causentur monachi: s̄z quales inueniri pos-
sunt in puincia qua habitant. aut qđ vilius com-
parari potest. Abbas aut de mensura provideat.
vt nō sint curta ip̄a vestimēta vtentibus ea: s̄z mē-
surata. Accipiētes noua. vetera sp̄ reddāt in p̄nti-
reponēda in vestiario ad pauperes. Sufficit em̄
monacho duas tunicas ⁊ duas cucullas habere
p̄pter noctes ⁊ p̄pter lauare ip̄as res. Itz qđ su-
pra fuerit. supfluus est: amputari debet. Et pedu-
les. ⁊ quodcunqz est vetustum. reddant dum acci-
piunt nouum. Femozalia h̄ij qui in via dirigun-
tur de vestiario accipiant. Qui reuertētes: lota
sibi restituant. Et cuculle ⁊ tunice. sint aliquāto a
solito quas habēt modice meliores. Quas ereū-
tes in via. accipiant de vestiario: ⁊ reuertentes re-
stituant: Stramenta aut lectorum sufficiāt. ma-
ta. sagum. lena ⁊ capitale. Que tamen lecta fre-
quenter ab abbate scrutanda sunt. propter opus
peculiare ne inueniatur. Et si cui inuentum fue-
rit quod ab abbate nō acceperit. grauissime disci-
pline subiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radi-
cibus amputetur: dētur ab abbate om̄ia que sunt

necessaria. Id est cuculla tunica pedules calige:
brachile. cultellus acus grafium mapula tabu
le: ut omnis excusatio auferatur necessitat] A quo
tamen abbate. semper consideretur illa sententia
actuum apostolorum: quia dabatur singulis. pro
ut cuius opus erat. Ita ergo et abbas consideret
infirmittates indigentium: non malam voluntate
invidentiū. In omnibus tamē iudicijs suis dei
retributionem cogitet:

¶ De mensa abbatis. Capitu. lvi



Mensa abbatis cū pe
regrinis et hospitib⁹ sit semp. Quo
tiens tamen minus sunt hospites
quos vult de fratribus vocare in
ipsius sit potestate. Seniores tamē
vnum aut duos semper cum fratribus dimitten
dum procuret: propter disciplinam.

¶ De artificibus monasterij. ca. lvij



Artifices si sunt in mo
nasterio. cum omni humilitate faci
ant ipsas artes. Si tñ iusserit ab
bas. N] si aliq̄s ex eis extollit pro
sciētia artis sue eo qđ videat aliqđ
cōferre monasterio. hic talis euellat ab ipa arte et

denuo p̄ eam non trāseat: nisi forte hūiliato ei ite-
rum abbas iubeat. Siquid nō ex opibus artifi-
cum venundāduz est: videāt ip̄i p̄ quoruz man-
trāsigēda sunt. ne aliquā fraudē monasterio pre-
sumant inferre. Memorent̄ semp̄ ananie ⁊ saphi-
re: ne forte mortem quam illi in corpe ptulerunt:
hanc isti v̄l. om̄es qui aliquā fraudē de rebus mo-
nasterii fecerint. in anima paciātur. In ip̄is autē
p̄c̄is. nō subrepat auaricie malū: s̄z semp̄ aliquā
tulum vilius detur: q̄ ab alijs datur secularibus
vt in om̄ibus glorificetur deus.

¶ De disciplina suscipiendorum fra-
trum. Cap. lviij



Nouiter veniēs q̄s

ad cōuersionē. nō ei facilis tribu-
atur ingressus: s̄z sicut ait ap̄tus
pbate spiritus si ex deo sunt. Er-
go si veniens perseuerauerit pul-
sans. ⁊ illatas sibi iniurias ⁊ difficultates ingres-
sus post quatuor aut quinq̄ dies visus fuerit pa-
cienter portare. ⁊ persistere petitioni sue. ānuatur
ei ingressus. et sit in cella hospitiū paucis die-
bus. ¶ Postea autē sit in cella nouicioz. vbi
meditetur ⁊ manducet ⁊ dormiat. Et senior ei ta-
lis deputetur. qui aptus sit ad lucrādas animas
Qui sup̄ eum oīno curiose intendat. ⁊ sollicitus

fit si reuera deū querit: si sollicitus sit ad opus dī
ad obedientiā: ad opprobria. Predicent ei dura
et aspera: que itur ad deū. Et si p̄miserit de stabili-
tatis sue p̄seuerantia: post duozū mensium cir-
culum legatur ei hec regula p̄ ordinē. et dicat ei.
Ecce lex sub qua militare vis. Si potes obfua-
re. ingredere. Si vero nō potes. liber discede. Si
adhuc steterit: tūc ducatur in supradictam cellam
nouiciorū: et iterū p̄betur in oī patientia. Et post
sex mensium circulus: relegatur ei regula: vt sciat
ad qd̄ ingreditur. Et si adhuc stat. post quattuor
menses. iterū legatur ei eadem regula. Et si habi-
ta secum deliberatione. p̄miserit om̄ia custodire.
et cūcta sibi impata p̄uare: tūc suscipiat in cōgre-
gatiōe: sciens se lege regule cōstrictū. qd̄ ei ex illa
die nō liceat egredi de monasterio. nec collum ex-
cutere de sub iugo regule: quā sub tā morosa deli-
beratiōe licuit excusari at̄ suscipere. Suscipiendū at̄ in
oratorio. corā om̄ib⁹ p̄mittat d̄ stabilitate sua. et
conuersione morū suozū. et obedientia corā deo et
sanctis eius. vt si aliqñ aliter fecerit: a deo se dam-
pnādum sciat quē irridet. De qua p̄missione sua
faciat petitionē ad nomē sanctorū quoz̄ relique
ibi sunt: et abbatis presentis. Quam petitionem
manu sua scribat. aut certe si nō scit litteras. alter
ab eo rogatus scribat: et ille nouicius signū faci-
et. et manu sua sup̄ altare eam ponat. Quā dū po-

Suscipimus Deus ^{et in} misericordiam tuam
in medio templi tui
quas redam laudat inest tibi.

fuerit. incipiat ipse nouicius mor hūc hsum. Su
scipe me dñe scdm eloquiū tuū z viuam: z nō con
fundas me ab expectatōe mea. Quē versum om
nis cōgregatio tertio respōdeat: adlungētes glo
ria patri. Tūc ipse frater nouicius p̄sternatur sin
gulozū pedibus: vt orēt pro eo: et iam ex illa die
in cōgregatiōe reputetur. Res siquas habet: aut
eroget prius paup̄ibus: aut facta solenniter do
natione conferat monasterio: nihil sibi reseruans
ex omnibus. quippe qui ex illa die nec pprii cor
poris potestatem se habiturum sciat. Mor ergo
in oratorio eruatur rebus ppriis. quibus vestit⁹
est: z induat̄ rebus monasterij. Illa aut̄ vestimen
ta quibus exuitur: reponantur in vestiario conser
uanda. Et si aliquādo suadente diabolo consen
serit. vt egredietur de monasterio qđ absit. tunc
erutus rebus monasterij p̄cipiat. Illas tamē pe
titiōe eius quā de sup̄ altare abbas tulit non re
cipiat. sed in monasterio reseruetur.

**¶ De filiis nobilium vel pauperum
qualiter suscipiantur. Cap. lix**



Siquis forte de nobili
bus offert filium suū deo in monas
terio: si ipse puer m̄iori etate ē: parē
tes ei⁹ faciāt petitiōes quā supra
dictū⁹: z cū oblatiōe ip̄am petitiō
ne. z manū pueri inuoluāt in palla altaris: z sic

eū offerāt. De rebus aut suis. aut in pñti petitiō
ne pmittāt sub iureiurando: quia nunq̄ p se nū
q̄ per suspectam psonā. nec quolibet mō ei aliqñ
dent aut tribuāt occasionē habēdi. Vel certe si b
facere noluerit: et aliqd offerre voluerit in elemo
sina monasterio p mercede sua: faciāt ex reb⁹ q̄s
dare volūt monasterio donationē. Resuato sibi
si ita voluerit vsu fructuario. Etq; ita oīa obstru
ant: vt nulla suspiciō remaneat puero p quā dece
ptus qd absit p̄ire possit: qd erpmiento didicim⁹
Similiter at. et paupiores faciāt. Qui v̄o ex toto
nihil hñt. simpliciter petitionē faciāt: et cū oblati
one offerant filium suum coram testibus.

**De sacerdotibus qui voluerint in
monasterio habitare.** Cap. lx

De ordine sacerdo

Stuz in monasterio se suscipi rogauerit: nō
ei citius quidem assenciat. Tamē si oī
no p̄steterit in hac supplicatōe sciat se oēs disci
plinā suaturū: nec aliquid ei relaxabit: vt sit sicut
sc̄ptū est. Amice. ad qd veisti. Cōcedat ei tñ post
abbatē sc̄at. et bñdicere. aut missas tenere: si tñ ab
bas ei sufferit. sin alias: nullaten⁹ p̄sumat aliq. scis
eus se discipline reglari subditū: et magi hñilitatē
exempla om̄ib⁹ det. Si forte ordinatiōis aut ali
cui⁹ rei causa fuerit ī mōasterio: illū locū attēdat
c. liij

quādo ingressus est in monasterio. non illū qui et
p̄ reuerētia sacerdoti cōcessus est. Clericorū autē
si quis eodem desiderio. monasterio sociari volu-
erit: loco mediocri collocetur. si p̄mittit tñ ipse de
obseruatione regule. vel p̄pria stabilitate.

De monachis peregrinis qualiter suscipiantur. Cap. lxi

Siquis monach⁹ pe-
regrinus. de longinquis puincijs
supuenerit: si p̄ hospite voluerit ha-
bitare in monasterio: et contētus fu-
erit cōsuetudine loci quā inuenerit.

et nō forte iupfluitate sua pturbat monasteriū. s̄
simpliciter cōtentus est qđ inuenerit. suscipiatur
quanto t̄p̄re cupit: Si qua sane rationabiliter aut
cū hūilitate caritatē rep̄henderit aut ostēderit tra-
ctet abbas prudēter. ne forte ad hoc ip̄m eū dñs
direrit. Si vero postea voluerit stabilitates suā
firmare: nō renuatur talis voluntas: et maxime qz
tempore hospitalitatis. potuit eius vita dinosci
Qui si supfluus aut viciosus reptus fuerit tempore
hospitalitatis: nō solū nō debet sociari corpo-
ri monasterij: verum etiā dicat ei honeste vt disce-
dat. ne eius miseria etiā alij viciantur. **Q**ui si non
fuerit talis qui mereatur p̄ici: non solum si peccie-
rit suscipiatur cōgregatiōi sociandus: verū etiam

suadeatur vt stet. vt eius exemplo alij erudiatur
Et qz in omni loco vni dno seruitur: vni regi mili-
tatur. Quē si etiā tales pſpererit abbas: liceat eū
in ſupiori aliquātulū cōſtituere loco. Nō ſolū au-
tē monachū: ſed etiā de ſupra ſcriptis gradibus
ſacerdotū vel clericorū. ſtabilire poteſt abbas in
maiori q̄ ingreditur loco: ſi eorū talē pſpererit vi-
tam eſſe. Caueat autē abbas. ne aliquñ d̄ alio noto
monaſterio. monachū ad habitādum ſuſcipiat.
ſine pſenſu abbatis ſui. aut litteris p̄mēdaticis
qz ſc̄ptū eſt. Qd̄ tibi non vis fieri. alij ne fecerit.
¶ De ſacerdotibus monaſterij. lxxij



Siquis abbas: ſibi
preſbiterū aut diaconem ordina-
ri pecierit: d̄ ſuis eligat. qui dign⁹
ſit ſacerdotio fungi. Ordinatus
autē. caueat elationē aut ſupbiam
nec quicquā p̄ſumat. niſi qd̄ ei ab
abbate p̄cipitur. Sciens ſe multo magis diſcipli-
ne regulari ſubditū. Nec occasione ſacerdotij ob-
liuiſcatnr regule obediētā ⁊ diſciplinā: ſz magis
ac magis in deū p̄ficiat. Locū x̄o ſemp̄ illū attē-
dat. quo ingreſſ⁹ eſt in monaſterij p̄ter officiū al-
taris. Et ſi forte electio cōgregatiōis. ⁊ volūtas
abbatis. p̄ vite merito eū p̄mouere voluerit. Qui
tū regulā a decanis vel p̄poſitis cōſtitutā ſibi. ſer-
uare ſciat. Q̄ ſi aliter fecerit vel p̄ſumpſerit. nō ſa-

cerdos sed rebellio iudicetur. Et sepe amonitus
si non corruerit: etiam episcopus adhibeatur in testimo-
nium. Quod si nec sic emendauerit, clarescentibus cul-
pis, precipiat de monasterio: si tamen talis fuerit eius con-
tumacia, ut subditi aut obedire regule nolit.

De ordine congregationis .lxiii



Ordines suos in mona

sterio ita consuevit, ut conuersionis tem-
pus et vite meritum discernit, utque
abbas constituerit. Qui abbas non
perturbet greges sibi commissum. Nec
quasi libera utens potestate, iniuste disponat ali-
quid, sed cogitet semper quod de omnibus iudiciis et opi-
bus suis, redditur est deo ratione. Ergo secundum ordines
quos constituerit, vel quos habuerint ipsi fratres,
sic accedat ad pacem: ad communionem ad psalmum
imponendum: in choro stantem. Et in omnibus omnino lo-
cis etas non discernat in ordine nec preiudicet: quia
samuel et daniel pueri presbiteros iudicauerunt.
Ergo exceptis his quos ut diximus, altiori con-
silio abbas pretulerit vel degradauerit certis ex-
causis: reliqui omnes ut conuertuntur ita sint. Et ver-
bi gratia qui secunda hora diei venerit in monasterio
iunior se nouerit illius esse quam prima hora venit
diei, cuiuslibet etatis aut dignitatis sit. Pueris
vero, pro omnibus ab omnibus disciplina teneatur. In

maiores igitur. priores suos honorent. Priores
minores suos diligant. In ipsa autem appellati-
one nominum. nulli liceat alium puro nomine appel-
lare. sed priores iuniores suos fratres nominent
Iuniores autem priores suos nonnos vocent.
quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem
quia vices christi agere creditur: dominus et abbas
vocetur. Non sua assumptione. sed honore et amo-
re christi. Ipse autem cogitet. et sic se exhibeat: ut
dignus sit tali honore. Ubicumque autem sibi obuiant
fratres. iunior a priore benedictionem petat: Tra-
seunte maiore. minor surgat: et det ei locum seden-
di. Nec presumat iunior consedere. nisi ei precipiat se-
nior suus. ut fiat quod scriptum est. Honore inuicem pre-
uenientes. Mueri puuli vel adulescentes in orato-
rio vel ad mensas cum disciplina ordines suos
consequantur. Foris autem vel ubi ubi custodia
habeant et disciplinam usque dum ad intelligibilem
etatem perueniant.

¶ De ordinando abbate. Ca. lxxiiij

In abbatis ordinatio-
ne. illa semper consideretur ratio: ut
hic constituatur. quem sibi omnis con-
cordis congregatio secundum timorem dei si-
ue etiam pars quamvis parua congre-
gationis. saniori consilio elegerit. Hic autem merito
et sapientie doctrina eligatur qui ordinandus est.

etiam si vltimus fuerit in ordine congregationis
¶ si etiā omnis cōgregatio vicij suis qđ quidē
absit. cōfenciētem psonā pari cōsilio elegerit: et vl
cia ip̄a aliquaten⁹ innoticiā puenerit ep̄i. ad cui⁹
diocesim ptinet ip̄e locus. vel abbatib⁹ aut vicio
nis xp̄ianis claruerint. phibeant prauozū p̄uales
re cōscensus. s; domui dei dignū cōstituāt dispen
satozem. Sciētes p hoc se recepturos mercedes
bonā. si illud caste et zelo dei faciant. sicut ediuer
fo pctm̄ si negligāt. Ordinatus aut abbas. cogi
tet semp quale onus suscepit: et cui redditurus ē
rationē villicatiōis sue. Sciatoz sibi oportere p
desse magis. q̄ p̄esse. Oportet ergo eū esse doctū
lege diuina: vt sciat vñ pferat noua et vetera. La
stū. sobriū. misericordē. hūilem: et sp̄ superaltz mis
sudicium. vt idem ip̄e cōsequat̄. Oderit vicia: dil
gat fratres. In ip̄a aut correptōe prudenter agat
et ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradere
eruginem. frangatur vas. Quāq; fragilitatē sem
per suspectus sit. Memineritq; calamum quassa
tum. nō cōterendū. In quibus nō dicim⁹. vt per
mittat nutriri vicia: s; prudenter et cū caritate ea
amputet. put viderit cuiq; expedire. sicut iā dicit̄
mus et studeat plus amari. quā timeri. Nō sit tur
bulentus et anxius. Nō sit nimis et obstinatus
Nō sit zelotipus et nimis suspiciosus: quia nun
q̄ req̄escit. In ip̄is at̄ imp̄is suis sit puidus et cō

sideratus: siue scdm deū siue scdm seculū. Opera
que iniūgit. discernat ⁊ temperet. cogitās discre-
tionē sc̄ti iacob dicentis. Si greges meos plus
in ambulando fecero laborare: morientur cuncti
vna die. Nec ergo aliaq; testimonia discretionis
matris virtutum sumens: sic om̄ia temperet: vt et
fortes sit quod cupiāt. ⁊ infirmī nō refugiāt. Et
sc̄cipue vt presentē regulā in om̄ibus cōfuet. Et
dū bene ministrauerit audiat a dño. qđ seru⁹ bo-
nus qui erogauit triticū cōseruis suis in tpe suo
Amē dico vob̄ alt. sup oīa bona sua p̄stituet eū.
¶ De preposito manasterij. Ca. lxx

Ep̄ius quidem con-
tingit. vt p̄ ordinationē p̄positi scā-
dala grauiā in monasterijs orlan-
dum sint aliqui maligno spiritu su-
perbie inflati. estimantes se sc̄dos
esse abbates: assumētes sibi tirānidē scandala nu-
trunt. ⁊ dissensiones in cōgregatiōe faciūt. Et
maxime in illis locis vbi ab eodem sacerdote. vt
ab eis abbatibus qui abbatē ordināt. ab ip̄is et
am ⁊ p̄positus ordinatur. Qđ q̄ sit absurdū faci-
le aduertitur: qz ab ip̄o initio ordinationis mate-
ria ei datur supbiendi: dū ei suggeritur a cogitati-
onibus suis. erutum eū esse a potestate abbatis
sui. Quia ab ip̄is es ⁊ tu ordinatus a quibus et

abbas: Hinc suscitatur inuidie ire rixe detractio
nes. emulatōes. dissensiōes. exordinatiōes. vt dū
cōtraria sibi abbas p̄positusq; sentiūt: ⁊ ipōrum
necesse est sub hac dissensione aīas picitari. ⁊ hī
qui sub ip̄is sunt dū adulant p̄tibus eūt in p̄dici
ones. Cui⁹ piculi malū. illis respicit in capite: q̄
talibus in ordinationē se fecerūt auctores. Ideo
nos p̄uidemus expedire. p̄pter pacis caritatisq;
custodiam. in abbat̄ p̄edere arbitrō ordinationē
monasterij sui. Et si potest fieri. p̄ decanos ordi
netur vt añ disposuim⁹. omnis vtilitas monaste
rij. put abbas disposuerit. vt dū pluribus cōmit
titur: vnus nō supbiat. Q̄ si aut loc⁹ expetit: aut
p̄gregatō petierit rōnabilit̄ cū hūilitate: ⁊ abbas
iudicauerit expedire. quēcūq; elegerit cū cōsilio
fratrū timētū deū: ordinet ip̄e sibi p̄positū. Qui
tū p̄posit⁹ illa agat cū reuerētia. q̄ ab abbate suo
ei iniūcta fuerit: nihil p̄tra abbat̄ volūtātē ⁊ ordi
nationē faciēs. Q̄ quātū p̄latus ē ceter̄. tāto eū
oportet solícite obf̄uare p̄cepta regule. Qui p̄e
posit⁹. si reptus fuerit viciōsus. aut elatiōe dece
ptus supbie aut cōtemp̄tor sc̄tē regule fuerit cō
p̄batus: amoneat̄ verbis vsq; quater. Si nō emē
dauerit: adhibeat̄ ei correptio discipline regular̄
Q̄ si neq; sic correperit: tūc deiciat̄ de ordine p̄e
positure: ⁊ alius q̄ dignus est in loco ei⁹ subroge
tur. Q̄ si ⁊ postea in cōgregatōe q̄et⁹. ⁊ obediēs

nō fuerit: etiā de monasterio expellat. Cogitet tñ
abbas se de om̄ibus iudicijs suis deo redditurū
rōnē: ne forte aut iuidie aut zeli flama urat aīas
¶ De hostiarijs monasterij. Ca. lxxvj



A portaz monasterij
ponatur sener sapiens. qui sciat ac
cipere responsum ⁊ reddere: culus
maturitas eū nō sinat vagari. Qui
portarius cellā debet habere iurta
portā vt veniētes semp pntem inueniāt. a quo re
spōsus accipiāt. Et mox vt aliqs pulsauerit. aut
paup clamauerit. dō gr̄as rñdeat. aut bñdicat. ⁊
cū om̄i māsuētudine timor] dei respōsum reddat
festināter cū feruore caritat]. Qui portari? si indi
get solatio iuniozem fratrē accipiat. Monasteri
um at si possit fieri ita debz p̄strui: vt oīa necessa
ria. i. aqua. molēdinū. ortus pistoriū. vñ artes di
uerse itra mōasteriū exerceanť: vt nō sit necessitas
monachis vagādi foras: qz oīno nō expedit aīa
b? eoz. Nāc aut regulā volum? sept? in cōgrega
tione legi: nequis fratrū se de ignorātia excuset.

¶ De fratrib? in via dirigēdis. lxxvij

Trigendi fratres in via

D oīm fratrū vñ abbat] se oñonī comendēt ⁊
semp ad oñonē vltimā opis dei. p̄mēoratio oīm
absentiuz fiat. Reuertētes at de via fr̄es: ip̄o die

quo redeunt: p omnes canonicas horas dñi erplet
op? di. pstrati solo oratorij. ab omib? petat orati
onē ppter excessus: ne qd forte subripuerit in via
visus aut audit? male rei aut ociosi fmōis. Nec
psumat quisq? alio referre. quecunq? foris mona
sterio viderit. aut audierit: quia plurima destru
ctio est. Q? si quis psumpserit: vindicte regulari
subiaceat. Similiter ⁊ qui presumpserit claustra
monasterij egredi: vel quocunq? ire: vel quippias
q?uis parū sine iussione abbatis facere.

¶ Si fratri impossibilia a priore iu
beantur. Cap. lxxviii



Sicut fratri aliq? forte
grauia aut impossibilia iniungunt
suscipiat quidē iubentis imperium
cum omni māsuētudine ⁊ obediētia.
Q? si omnino virium suarū mensu
raz viderit pōdus excedere: impossibilitatis sue
causas ei qui sibi p̄est: pacienter. ⁊ oportune sug
gerat: non supbiēdo. aut resistēdo. vel cōtradicen
do. Q? si post suggestionem in sua sentētia prio
ris imperiū pdurauerit: sciat iunior ita sibi expe
dire: ⁊ ex caritate p̄fidēs d̄ adiutorio dei obediat
¶ Ut in monasterio non presumat
alter alterum defendere. Cap. lxxix

Recauendum est: ne
quauis occasione p̄sumat alter alte
rum defendere monachos in mona
sterio. aut quasi tueri: etiam si qua
libet consanguinitatis p̄p̄nquita
te iungant: Nec quolibet mō id a monachis p̄su
matur. Quia exinde granissima occasio scanda
lorum. oriri potest. Qd̄ si quis hec transgressus
fuerit: acrius coerceatur.

¶ Ut nō presumat quisq̄ passim ali
um cedere in monasterio. Cap. lxx

Vetetur ī monasterio
omnis p̄sumptionis occasio. Ordi
namus atq; cōstituim⁹: vt nulli lice
at quēq; fratrum suorum excomunica
re. aut cedere: nisi cui potestas ab ab
bate data fuerit. Peccantes autē corā omnibus ar
guantur: vt ceteri metum habeāt. Infantibus ve
ro vsq; ad quatumdecimū annū etatis. discipline
diligentia sit ⁊ custodia adhibeatur ab omnibus
Sed ⁊ hoc cūz omni mensura ⁊ rōne. Nam in for
tiori etate qui presumpserit aliquaten⁹ sine prece
pto abbatis. vel in ip̄is infantibus sine discretio
ne exarserit: discipline regulari subiaceat. Qd̄ scri
ptum est. Quod tibi non vis fieri alio ne feceris.

¶ Ut obediētes sint inuicē fr̄es. lxxj



Obedientie bonū, nō

solum abbati exhibēduz est: sed eti
am sibi inuicem ita obediāt fratres
Scientes p̄ hāc obedientie viāz. se
ituros ad deū. Premisso ergo ab
batis aut p̄positoꝝ qui ab eo cōstituūtur impe
rio. cui nō pmittimus priuata imperia p̄poni: de
cetero omnes iuniores. prioribus suis omni ca
ritate ⁊ solitudine obediāt. Quis cōtentio
sus reperitur: corripiatur. Siq̄s aut̄ frater p̄ quis
minima causa ab abbate. vel a quocūq̄ p̄ore suo
corripitur quolibet mō vel si leuiter senserit ani
mos priorū cuiusq̄ cōtra se iratos vel cōmotos
q̄uis modice: mor sine mora tādiu p̄stratus. in
terra. añ pedes eius iaceat satisfaciēs: vsq̄ dum
benedictione sanctur illa comotio. Quō si quis cō
tempserit facei: aut corporali vindicte subiaceat
aut si cōtumar fuerit: de monasterio erpellatur.

¶ De zelo bono quem debent mona
chi habere. Capitul. lxxij



Sicut est zelus amari
tudinis malus. qui sepat a dō ⁊ du
cit ad infernū: ita est zelus bonus
qui sepat a vicijis. ⁊ ducit ad deum

et ad vitam eternam. Hunc ergo zelum, feruentissimo amore exerceat monachus: id est ut honore se inuicem preueniat. Infirmities suas siue corporum, siue morum, patientissime toleret. Obedientiam sibi certatim impendant. Nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio, charitatis fraternitatis casto impendant amore. Deum timeant, abbatem suum sincera et humili caritate diligant. Christo omnino nihil preponant: qui nos pariter ad vitam eternam perducatur. Amen.

De eo quod non omnis observatio iusticie in hac sit regula constituta. c. lxxiiij

Regulam hanc descripsimus, ut eam observantes in monasteriis, aliquatenus vel honestatem morum: aut initium conuersationis nos demonstramus habere. Ceterum ad perfectionem conuersationis qui festinat sunt doctrine sanctorum patrum: quarum observatio, producit hominem ad celsitudinem perfectionis: Que enim pagina, aut quis sermo diuine auctoritatis veteris ac noui testamenti, non est rectissima norma vite humane, aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat: ut recto cursu pueniamus ad creatorem nostrum: Necnon et collationes patrum, et instituta et vita eorum, et regula sancti

patris nostri basilij. quid aliud sunt nisi benedi-
uētium. et obedientius monachorū exempla et in-
strumēta virtutum: Nobis desidiosus. et male vi-
uentibus atq; negligentibus. rubor cōfusionis
est. Quisq; ergo ad patriā celestem festinas. hāc
minimam inchoationis regulam descriptam. ad-
iuuante xp̄o p̄fice. Et tunc demū ad maiora que
supra cōmemorauimus doctrine virtutūq; culmi-
na. deo protegente peruenies amen. Facientibus
hec vita erit eterna.

ExPLICIT regula sanctissimi patris nostri Be-
nedicti. Tu autē dñe miserere nostri. Deo gratias.

Hec est breuis cōpilatio san-
cte regule patris nostri bea-
tissimi benedicti.



Monachorum regula.
Que caret omni macula.
Sic docet iuste viuere.
Si velis intelligere.
Sanctus benedictus instituit.
Sed tibi semper expedit.
Ut sis honestus patiens.

Discretus constans innocens.
Perfectus verax humilis.
Comunis clemens utilis.
Deuotus simplex abstinens.
Modestus mitis sapiens.
Cum surgis ad vigilias.
Exterge cordis maculas.
Peccati sit contritio.
Veraq; satisfactio.
Mor dum sis in ecclesia.
Vox lingua conscientia.
Decantet ⁊ intelligat.
Nam vnus aper obligat.
Qui dum stas inter alios.
Tene dimissos oculos.
Absentem nunq̄ iudices.
Nec duris verbis imperes.
Nec lingua tua proferat.
Nisi quod mens desiderat.
Cum solari loquere.
Scripturas sacre pagine.
De nocte sit capitulum.
Quod tibi purgat animum.
Et emendare studeas.
Quod negligenter properas.
Cum audis anologium.
Tunc crucis fac signaculum.

Nec ab horis remaneas.
Ne seducat te sathanas.
Non iactes te nec videas.
Libenter cunctis seruas.
Cum fatigatus fueris.
Vide que bona feceris.
Mortem infernum cogita.
Paradisicq; gaudia.
Dum venis ad capitulum.
Precare dei filium.
Ut tuum os custodiat.
Et actus tuos dirigat.
Cum surgis ad iudicium.
Deuita multiloquium.
In mente pacem habeas.
Ut crucifixum recolas.
Et si proclamas socios.
Custodi manus oculos.
Ne videatur vltio.
Sed pia castigatio.
Dum stas in refectorio.
Sit lingua sub silentio
Cum cibus tibi traditur.
Attende quicquid legitur.
Os tuum nihil respuat.
Sed laudes deo referat.
Roga dei clementiam

Ut tibi donet veniam.
Et cunctis penitentibus.
Defunctis ⁊ viventibus.
Infirmus age gratias.
Et ab offensis caueas.
Sic serua patientiam.
Ut merearis gloriam.
Nihil dones nec accipias.
Nisi mandatum habeas.
Nihil latenter retine.
Nam damnū esset anime.
Secreta cordis teneas.
Paucoꝝq; notos habeas.
Nunq̄ hora pertranseat.
In qua mens non proficiat.
Et sic ad celum venies.
Semencꝝ tuum colliges.
In quo sunt decus ⁊ charitas.
Dulcedo que est sanitas.
Iuuentus odor ⁊ gaudium.
Thesaurus rerum omnium.
Cum ad laborem ieris.
Exerces vires corporis.
Et dicas cum apostolo.
Labores meos comedo.
Si temptent te carnalia.
Dentis vel carnis viciis.

Saluta matrem virginem.
Vel signa cruce faciem.
Aut carnis sit afflictio.
Cessabitq; temptatio.
Si vis prudenter vivere.
Communem cursum sequere.
Mulierum consortia.
Sint a te remotissima.
Si novum velis agere.
Relatos tuos consule.
Ne post hec te derideant.
Sed excusatum habeant.

A M E N
Explicit regula eximij patris no-
stri beatissimi benedicti. In monas-
terio beatissime virginis Marie de
monteserrato ordinis eiusdem sancti
de observantia. Impressa per ma-
gistrū Johannez luschner alamauū
expensis eiusdem monasterij. Anno
domini millesimo quadringentesimo
nonagesimonono. xij. mensis Junij

Uel per